




EX · LIBRIS · GVSTAVI · PARTHEY ·

LEXICON ALCHEMIÆ
SIVE
DICTIONARIVM ALCHEMISTICVM,

Cum obſcuriorum Verborum, & Rerum Hermeticarum, tum Theophraſt-Paracelſicarum Phraſium,

Planam Explicationem continens.

AVCTORE

MARTINO RVLANDO, PHILOSOPHIÆ, & Med. D. & Cæſ. Maieſt. Perſonæ SS. Medico, &c.

Cum Priuilegio Cæſ. Maieſt. ad decennium.



Cura ac ſumtibus Zachariæ Palthenii, Librarii ac D. in libera Francofurtenſium Repub.
M D C XII.



REVERENDISSIMO, ATQVE SERENISSIMO PRINcipi ac Domino, Domino Henrico Iulio,

Poſtulato Epiſcopo Halberſtadienſi, Duci Brunſuicenſi ac Lunæ burgenſi, Domino ſuo ſubiectiſſima mente colendo,

S. P.



N Hermeticis & Theophraſticis libris verſaturis, Sereniſſime Princeps, id propemodum euenit: quod olim Semi filiis turrim Babylonicam ædificaturis. Hi enim, dum inani gloria ducti, vaſtam molem, ad cœlos vſque erigere, temerario auſu conabantur, immor-

talitatem nominis inde consecuturi, ab incepto Opere linguarum barbaricarum multitudine atque confusione perturbati, turpiter absistere coacti sunt. Illi vero, verborum passim occurrentium obscuritate, & hieroglyphicorum difficultate deterriti, animum partim despondent, artem nobilissimam suisq; deque habentes: partim pro virili penetrare in verborum rerumque mysteria annitentes, veritatem inuolucris obtectam densis eruere student, sed tãtum lectione laboriosa ista percipientes fructus, quantum gloriæ Semi progenies ex laboribus ædificii præuasti retulerant, oleum & operam perdentes. Quo vtrisque auxilio essem, & Hermeticorum libri nõ modo diligentius legerentur, sed & intelligerentur, atque sic Ars Alchemiæ diuina felicius tractaretur: Lexicon hoc Alchemiæ olim congestum abs me, iam vero adauctum publicare volui, & S.C.V. dedicatum, quod ea nõ solum linguarum politiorum, atque artium insigniorum cognitione, aliis omnib. Princi-

pibus

pibus excellenter emineat, ſed & Artis Chymicæ ſtudioſiſſima, intelligentiſſimaque cotidie magiſteria ſua ſingulari induſtria, & manu artificioſa promat ipſamet. Quare merito V. C. S. hoc Opuſculum conſecrandũ duxi, certo ſciens, magnitudine eruditionis & Illuſtriſſimi nominis veſtri nõ parum fulgoris ipſi acceſſurum. vtque ſubiectiſſimæ obſeruantiæ in C. V. S. monumẽtum aliquod exſtaret, ad exornandum tuendumque Opuſculum plurimum profuturum. Valeas Sereniſſime & eruditiſſime Princeps, & me meoſque tibi commendatos habe, Pragæ 20. Aprilis, Anno, 1611.

S. C. V.
humilima ſubiectione
colens

Martinus Rulandus D.

Heus Lector.

CAutum est Cæsareæ Maiest. priuilegio Imperiali ac Regali, ne quis Martini Rulandi Doct. Medicinæ Lexicon Alchemiæ siue Dictionarium Alchemisticum a D. Zacharia Palthenio excusum intra decennium a prima editionis die cursurum, citra eius voluntatem clam vel publice recudat: secus qui faciet, pœna decem marcharum auri puri mulctabitur, sub dato literarũ Imperialium ac regalium in regia Pragarum datarum 2. Septembris, Anno 1607.

Lud. von Stralen Dorff m. p. ss.

Ad mandat. SC. M. Pr.

God. Hertel ss.

Ætitis

** Ætitis ſex ſpecies: ad paginam 23. referendis.*

1. Ætites mas, Africanus, in rutilo niger valde durus, qui terram candidam friabilem in ſe continet, Ein ſchwartz-braun Adler Stein/ darinn ein weiß Erdrich.

2. Fœmina, Hildesheimius, lutei coloris, mollis cui ochra natiua adhæret & ineſt terra dura lutea, Ein gelber Adler Stein/ darin ein gelbes Erdrich.

3. Alius in quo lapis liber, & ſolutus iacet & conquaſſatus ſonat, Darin ein ander Stein klappert.

4. Subrutilus, durus, cui lapis ferrei coloris adhæret, Ein braunrother Stein/ darin ein Eiſenfarber Stein gewachſen.

5. Motteſchanus, capiti humano ſimilis, rotundus, & duriſſimus, cui fluores cryſtallini quadranguli ſpecie adamantum, qui formati ſunt adhærent, Adler Stein von Arrotſchen/ darinnen weiſſe durchſichtige/ viereckigte Flüſſe/ den Demuht Puncten gleich gewachſen.

6. Lapis concauus, ferrei coloris, in ferri vena repertus, in quo nihil niſi aer continetur, Ein Drüſe.

LEXI-



LEXICON ALCHEMIÆ MARTINI RVLANDI PHIL. ET MEDICI.

A



Abam, Abartamen, Aiarazat, Accib } Capricornus caſtigatus, chibor duoplum, draiccium, elerator, plumbum, Bley/ Araxat, aluſa, rub, alech, allonoc, alabri, alokot, amiec, amioch, amitich, araxat, azoro, balamba, cartiſtilium, koal, molybdos, moſquetdei, molibra, moſider, raſas, raſaſa, rolos, roc, rocli.

Abacus Buchbanck / vel tabulatum, Bün̈e.

Abacus maior, Bergtrog.

Abeſamum, lutũ rotæ, Kath/Leim.

Abeſum, calx non exſtincta, vel calx viua, Vngeleſchter Kalch.

Abeſtus, Albeſten, abeſten, ac morago, aſbeſtus.

Abicum, id eſt, coopertorium, Ein Deckel.

Ablatio eſt abſtractio per partem ſuperiorem. Perficitur modis variis. In ſiccis, quæ lenius adhærent, deterſio fieri poteſt per pedem leporinum vel ſimilia. Quædam penna, cultellis, ſpathis, &c. auferimus. Quædam detergemus aſtricto panno, vel ſcopis, iiſque ſetaceis, ferreis, ligneis.

Aboit vel abit, id est, Cerusa, Bleyweiß / alkarad, almachabat, alsiden.

Ablutio est exaltatio crebris infusionib. res imundas abluens, & ad puritatem reducens. Estq; imbibitio, & cohobatio.

Abluiren, Wäschen / reinigen.

Abneleitem, id est, alumen, asfor.

Abrie, kibrit, kibuz, sulphur, Schwebel.

Abessi idem quod Rebis, nempe vltima ciborum materia, die letzt vbrige materi / von der verzehrten vnd verdawten Speiß.

Acato, araxos, id est, Ruß.

Acahi, id est, aqua aluminis, fefeol.

Acalai, id est, sal, Saltz / alet idem.

Acartum, id est, minium, Mingen oder Minien / azemafor.

Acaid, id est, acetum, Essig / vel acetosum, Sawer.

Acamech, acemech, id est, superfluitas argenti, Vberflüssigkeit deß Silbers.

Acacia ferrea, id est, cochlear ferreum, Eisener Löffel.

Acazdir, id est, stannum. Item alkain, alomba.

Accatum, id est, Aurichalcum, Mösch / accatem.

Achates primum reperta in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, deinde etiam aliis locis, teste Plinio lib. 34. c. 10. Species eius sunt phaspachates, carachates, sardachates, hæmachates, leucachates, dendrachates, veluti arbuscula insignis, antachates, quę cum vritur myrrham redolet: Coroloachates guttis aureis distincta sapphiri modo, q̃ reperitur in Creta. Prosunt contra araneorum ictus. Hinc aquilæ eas imponunt nidis, vt defendant pullos contra venenata: sedant sitim, confortant visum. Reliqua inuenies apud ipsum auctorem l. c. qui & hoc refert, quod in achate variæ apparent impressiones, scilicet in his flumina, nemora, iumenta, hederæ, esseda, staticula, ornamenta equorum; item lib. 37. c. 1.

Pyrrhum

Pyrrhum habuisse achatem gemmam dicit, in qua Apollo, & nouem Musæ cum suis insigniis spectarentur. Ego gemmam aliquando vidi apud Principem (verum achates non erat) in qua maculis discurrentibus apparuit rusticus & integrum aratrum. Inueni & aliquando ad Albim Silicem prope ostiũ Tangræ, in quo apparuerint vestigia lupi, vel leonis, circa dimidiam rosam, ita expresse insculpta à natura, ac si gemmarius data opera fecisset. Credibilia illa sunt Plinii, quæ de impressionibus gemmæ istius scribit.

Acies, Stal oder Stahl.

Acetabulus, id est, mensura quantum testa oui capit, So viel in eine Eyerschale gehet.

Acetum, id est, hal.

Acetum amineum, id est, album.

Acetum philosophorum, id est, lac virginis, siue aqua mercurialis, qua metalla soluuntur, hydor sophorum, Philosophischer Essig / Jungfraw Milch / ein Mercurial Wasser / daß die Metallen aufflöset; Vel acetum philosophorum secundum Theophrastum, ist der Chimisten Vitriolwasser / aber der Turba saget fol. 11. es sey aqua Mercurii, welches das Gold soluirt. Alii volunt, quod acetum philosophorum illud sit, quod fit de recentibus testudinibus marinis per sublimationem, & destillationem.

Acetum radicale, est acetũ distillatum ex sua radice, vel matrice: dicitur etiam aqua soluens.

Acetum radicatũ nonnullis est liquor ille acerrimus aceti, qui abstracto phlegmate in fundo restat. Fit ex Crystallis fæcum aceti destillando per retortã cum cohobiis: vel acetum vini bonum impone in retortam, destilla lento igne phlegma, refunde hoc capiti mortuo sæpius, & digere in fimo, tandem destilla: & primo, quod erit seorsim cape, quod poste-

rius igni fortissimo prolicitum prodit est, acetum radicatum.

Acordina, id est, tuthia Inda, Indisch Tutia/item Alcordine.

Acortinus, id est, lupinus, Feigbonn.

Acsuo, id est, Corallum rubrum, Rothe Corallen.

Acus, id est, Streichnadel.

Acureb, id est, vitrum, Glaß.

Acusto, id est, nitrum, Salpeter.

Adamas, Arabice hagar subedhig, a Germanis, Ein Demuth/ Demanth/ & a Latino, Adamantstein. Plin. l. 47. c. 4. hunc extra aurum, & in ipso auro nasci dicit, contra opinionem veterum, quibus visum illum tantum in metallis Æthiopum cum auro nasci: sed vt rem melius intelligas, obserua schema, quod partim ex Plinio, partim ex aliis de adamante collegimus.

Adamas, Demanth/Demuth/nascitur & extra aurum, & in auro nobilissimo.

Extra aurum, & sic est duplex.

Indica non nascens in auro, cognatus colore Crystallo translucido, & laterum sexangulo, tenore turbinatus in mucronem, aut duabus contrariis partibus iunctis magnitudine nuclei auellanæ. Huius profecto rudimenta inueni ad Albim non procul ab ostio Tangræ. Hunc Serapio dicit colore approximare ad sal Armoniacum.

Arabicus etiam extra aurum nascens, præcedenti minor.

In auro nobilissimo.

1 Milii grani magnitudine, quem vocant Cenchron.

2 Macedonicus in Philippico auro par seminis cucumi.

3 Cyprius in Cypro inuẽtus vergens ad colorem æreum, efficacissimus in Medelis.

4. Side-

4 Sideritis ferrei ſplendoris, pondere reliquos antecellēs: ſed natura his diſſimilis: hic frangitur ictibus, & ab alio adamante perforari poteſt.

Hi duo poſtremi ſunt degeneres, & nominis tantum habent auctoritatem.

Optimi vero Adamantes incudibus deprehenduntur: nam reſpuunt ictum, vt ferrum vtrinq; diſſultet, incudeſq; ipſi diſſiliant: quippe quia Adamas duritia eſt inenarrabilis, contemtor & victor ignis, nunquā igne caleſcens. Vnde ab illa indomita etiam vi, nomen habet, a Græco δαμάζω, id eſt, domo.

Sic illa herba apud Plinium lib. 24. c. 17. quæ teri nequeat, adamantis dicitur. Rumpitur tamen hic lapis carne vel potius ſanguine calido recenti hircino: præcipue cum hircus prius vinum bibit, vel comedit petroſelinum, & montanum ſiſeleos. Propterea adamantes expetuntur (vt adhuc fieri videmus) a ſculptoribus, ad reliquas materias, & gemmas exſculpendas, & formandas, & tum ſolo ferro debent includi: reliquas enim res metallicas non patiuntur, imo a plumbo, quod ſæpe miror, ipſi ſoluuntur. Supra enim docuimus, lapidem adamantem diſſidere in tantū cum magnete, vt iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi, aut ſi admotus magnes ferrum apprehenderit, ferrum rapiat, atq; auferat. In ſumma, adamas ligat magnetem, & viribus priuat. O Deus admirabilis in operibus ſuis! Ceterum adamas venena irrita facit, abigit lymphationes, lemures, incubos, ſuccubos: reddit animatos, fortes; propterea anachitis dicitur. Valet contra rixas, & iurgia, curat fluxas gingiuas. Vide Serapium. lib. aggre. cap. hagar ſubedhig, & Euacem in ſuo Lapidario. Quidā volunt frigidum, & ſiccum quarto gradu: quidā econtra calidum, & ſiccum, quia etiam admiſcetur medicinis comburentibus. Reperiuntur & procul dubio in noſtris fodinis ada-

mantes, si quis inuestigaret, & reperiri in Germania, teste Plinio, in Baltica insula, Metrodorus docuit. In Bohemia adeo excellentes visuntur, vt elegantia & splendore orientalibus præstent. De Adamante vide & Solinum c. 55. Veteres astrologi Adamantem dicarunt Lunæ.

Adamas acuminatus, figuræ quadrãgulæ, Ein Diamant Punct.

Adamas quadratus planus, Ein Diamanttaffel.

Adamatum, id est, Helmesse.

Adamita, species tartari est, Ein Geschlecht deß Weinsteins oder Nierensteins.

Adarnech, id est, auripigmentum.

Adarces, artis. Est caro marina secundum nonnullos: similiter res est in maritimis locis nascens, præcipue in Cappadocia, seu Galatia: Estque concreta tanquam salsilego, humidis & palustribus locis emergens, siccitate arundinibus, ac herbis agglutinata. Indiacum natiuum velut in arundinibus Indiæ sponte nascitur, vel vt sal Indum in Canna. Similis vero res est Adarces in colore flori lapidis Asii, & in forma melli halcyonio, & aliquando cauo proxima, vt possit videri lacustre quasi halcyonium. Et quia ita pendet arundinibus pericalamitum, & calamochium quondam dicebatur: hodie nisi fallor balla marinum vocant. Ita videmus Medicos vti his ridiculis sæpius, cõtemtis nobilioribus: nonnunquam etiam res ita obscuris vocant vocabulis, vt Oedipo ipso foret opus: Quoties enim scribunt, Recipe adipem infantis deformis, & lacrymam vitis Dionysiacæ: quis hæc intelligit nisi Oedipus? Infantẽ deformẽ quis subito vrsam intelligeret; Et gumi vitis Dionysiacæ, id est, gumi hederæ. Ceterũ Adarces quas habeat vires in medelis docet Dioscor. l. 5. c. 84. Plin. l. 32. c. 6. qui Adarcem nasci ait circa arundines tenues, e spuma aquæ dulcis ac marinæ, vbi se miscent, & habere vim causticam.

Adarris

Adarris eſt flos aquæ maris, Eine Blum deß Meerwaſſers.
Addere, temperare, Zuſchlahen.
Additamenta, Zuſetze.
Adec, id eſt, lac acetoſum, Sawer Milch.
Ader, id eſt, lac recens ſine butyro.
Adech eſt interior homo noſter & inuiſibilis, qui ſingulorum exemplaria præfigurat in animo noſtro; quę manib. ſuis poſtea fingit, ac imitatur exterior homo iſte noſter viſibilis. Vterque iuxta ſuam naturam operatur, inuiſibilis inuiſibilia, ſenſibilis ea, quæ ſub ſenſum cadunt, ſub eadem forma tamen. Der innerliche Menſch / ſo alle Ding im Gemüth vnſichtbar formiert / die folgends der ſichtbar Menſch mit Handen ſichtbar / vnnd begreifflich darſtellet.
Adehemeſt, aiohenec, alhohonec, id eſt, lamina, Ein Blech.
Adeps, id eſt, liquor, qui diſtillatur vltimo.
Adhehe, i.e. lac acetoſum, Sawr Milch.
Adho vel Adoc, id eſt, lac, Milch.
Adidachos, adide alarcos: adida larchos, id eſt, calceeumenon.
Adirige, id eſt, Armoniacum.
Adibiſi vel Adebezi, id eſt, teſtudo, Schneck.
Adibat, id eſt, Mercurius.
Ados, id eſt, aqua, vbi ferrum exſtinguitur, Waſſer darinn Eyſen geleſcht wirdt.
Adoleſcens, id eſt, Grender.
Adorat, id eſt, pondus quatuor librarum.
Admiſurab, id eſt, Erde.
Adram id eſt, ſal gemmæ.
Adrariges, iſt grün Atrament.
Adraragi, id eſt, crocus hortulanus, Gartenſaffran / alfar, afan.
Adrop iſt azar, lapis ipſe, azane.
Adſamar, id eſt, lotum, vel lotium, lotio, gewaſchen / oder bruntz.

Aduersa venæ pars, Gegengrund.

Aer, id est, aura, halitus, spiritus, ventus, Wetter.

Aes seu Cuprum a Germanis, Kupffer / a Chymistis, ni fallor, tribuitur Veneri. Estq; corpus metallicum liuidum, rubedine fusca participans, ignibile & fusibile. Estq; quasi medium inter aurum, & argentum, inter Solem, & Lunam, vt ipsi Chymistæ loquũtur; fitq; ex argento viuo, impuro, non fixo, terrestri, adurente, rubro, non claro, & ex tali sulphure deficit ei fixatio, puritas & pondus. Sulphur malum, & debile, tamquam pater malæ complexionis, coiens cum generosa matre, id est, cum argento viuo, bonæ substantiæ generat æs, filium tam liuidum, fuscæ rubedinis.

Æs vero dum ita aut
- 1. Est in sua vena, in fodinis scilicet, vbi plurimum est pyrites, id est, marchasita, natiuas illas caussat species vitrioli, chalcitis, misii, sorii, diphrigis.
- 2. Excoquitur, fit
  - 1. Cadmia fictitia cũ suis speciebus.
  - 2. Pompholyx.
  - 3. Spodium.
- 3. Vritur, fit æs vstum.
- 4. Exstinguitur, fit squama æris.
- 5. Excuditur, fit squama æris.
- 6. Iam in excocti superficie fit ærugo rasilis.

Habemus autem æs duplex: 1. Purum Gediegen Kupffer / quod in ærariis metallis, & etiã argentariis reperitur: quod etiam sine excoctione tale est. Venulæ implicatæ interdum cernuntur, interdum etiam totę bracteæ, quæ lapidem amplectuntur. Hoc ignorauit Albertus.

2. Quod

2. Quod excoquitur ex pyrite, id est, marchasita, item ex aliis speciebus, vt ex illo lapide fissili Islebiæ, Auß den Schieffersteinen: præterea ex nonnullis terræ generibus, luteis, & purpureis: Chrysocolla & cæruleo etiam, vt aurum.

Æs non semper cuprum denotat, sed quandoq; aurum, vel argentum a natura sine alterius metalli, aut lapidis permixtione, purum, & per se generatum metallum, ex quo moneta cudebatur, olim, vt modo ex aliis arte humana separatis. Primo natum in Galilæa, sed in parua quantitate. Nostris temporibus visum est simile, sed raro, nec nisi pro miraculo reperiri contingit. Eigentlich heist es Kupffer/ etliche heissen es lauter Gold/ oder Silberertz/ welches noch nicht gegossen/ sondern von Natur außbereitet ist/ darauß man etwa Müntze geschlagen.

Æs, id est, panes ærei, Kupffer/ vel æs vstum, gebrandt Kupffer.

Æs ex panib. torrefactis conficere, gahr machen.

Æs caldarium, Lebeter Kupffer.

Æs abstractum, Abzug.

Æs residuum, Gespleissen Kupffer.

Æs liquefactum fundere in canaliculum ferreum, Zien giessen.

Æs Hermetis, ist Mercurius. Ist auch ein puluis Solis, caput corui, æs nostrum, terra citrinata, continens & contentũ, plumbum nostrum. Mircrius heist es Aurum ex metallis extractum, es heist auch Venus, vitriolum, auripigmentũ, arsenicum, numus, anima, Leo viridis, aqua viridis, quia germinat, aqua permanens, vinum, sanguis. Vere autem & proprie est corpus imperfectum, nondum præparatum, sicut est initio.

Æs vstum, seu crematum, a Germanis, Gebrandt Kupffer/ oder gebrandt Ertz/ vt docet Dioscor. lib. 5. cap. 42: vicibus alternis, æreis clauis compositis, cum sulphure, & sale, aut etiam

alumine in vase fictili. Docet & alios modos Dioscorides cremandi: licet & nunc quoq; nostro tempore, fit æs vstum, ex ipso ære cremato, sulphure, & sale. Laudatur autem potissimum Memphiticum, & Cypriacum, ab eodem Dioscoride. Estq; vis eius adstringere, exsiccare, reprimere, extenuare, attrahere, vlcera purgare. Nam quoties iungitur vlceribus cum aceto, consumit, quæ sunt impedimento in vlceribus. Mouet vero æs vstum nauseam & stomachum, vt omnes illæ res: Lauatur vt Cadmia. Volunt & æs vstum calidum & siccum quarto gradu. Huic æri vsto viribus quodammodo simile est (imbecillius enim est) æris recrementum, stercus, seu scoria; a Germanis, Kupfferschlacken / lauaturq; vt ipsum æs vstum: Verum consule Dioscoridem L. C.

Alia etiam numerantur æris vel cupri species.

1. Æs purum, seu natiuum simplex.
2. Natiuum rubeum, ab omnibus metallis liberum, quod in ditione Mansfeldia in venis propriis inuenitur. Rein gediegen Kupffer/fein Kupffer.
3. Fossile in propriis venis repertum.
4. Purum fossile in venis argenti, Schebergium.
5. Rubrum Mansfeldicum, quod argentum in se continet, gediegen Kupffer.
6. Natiuum rubeum Suacense in Alpibus Rheticis, quod aurũ in se continet, gediegen Kupffer/das Gold helt.
7. Sui coloris Gishubelianum, adhærens instar bractearum lapidi duro, coloris spadicei, Angeflogen gediegen Kupffer.
8. Sui coloris in fluoribus purpureis.
9. Sui coloris cum substantia lapidis mixtum, gediegen Kupffer mit Stein vermenget.
10. Sui coloris adhærens lapidi duro, qui in cãdido cinereus est.

11. Sui

11. Sui coloris adhærēs lapidi ſciſſili Mansfeldio, Ein roth angeſchweifft Kupffer an eim Schiefer flämicht gediegen Kupffer/in einem Hereſtein.
12. Æris ramenta leuiora, in ſilice candido.
13. Æris venulæ, vel fibræ in lapide rubro candido, Ein geſchick eines Kupffer Ertzs in einem harten Stein.
14. Æris vena putrida, diues, Ein ſchnittiger Gang / rein von Kupffer.
15. Æs rude natiuum, minus ſyncerum, Vnrein gediegen Kupffer.
16. Quod iam ſuum eſt, ex Morauia, Rein gediegen Kupffer auß Mehren.
17. Æs natiuum flauũ, adhærens lapillo fiſſili Mansfeldio, Gelbfarb Kupffer.
18. Cœruleum adhærens lapidi fiſſili, Blawferbig Kupffer.
19. Totum cœruleum, Daß ſchön blaw iſt.
20. Violacei coloris adhærens lapidi fiſſili, Braunlich Kupffer.
21. Candidum, rudi argento albo ſimile in lapide fiſſili, Ein weiß Kupfferglaß.
22. Nigrum, Schwartz Kupfferglaß.
23. Lapidi fiſſili ita copioſe mixtum, vt vnus centenarius libras quadraginta æris in ſe contineat.
24. Æs natiuum omnium colorũ, quaſi zonis eſt diſtinctum, aurei, purpurei, crocei, flaui, viridis, cœrulei, Ein gediegen Kupffer/von vielerley Farben.
25. Fribergium annatum plumbo nigro, totidem colorum eximiorum, qui ita nitent, quaſi eſſent pellucidi.
26. Innatum plumbo candido inſtar auri politi nitidum, Im eim Zwitter/wie ein poliert Gold.

Æris, id eſt, ærugo.
Æris ſcobs, climata, Kupffer feilich.

Æris flos per Metaphoram, ſic dicitur a Græcis, χαλκοῦ ἄνθος propꝛie: at non calchantum, id eſt, vitriolum, ſeu atramentum ſutorium, vt indocti olim crediderũt; qui illuſi vicinitate vocabulorum, & χαλκοῦ ἄνθος, & calchantum pro vno habuerunt, maximo errore. Flos autem æris χαλκοῦ ἄνθος diuerſus eſt veteribus & recentioribus. Nam veteres florem æris dicebant, vt patet, globulos illos exſilientes purpureos ex infuſione aquæ, & reſperſione æris ex aqua. Die Körner / ſo da herauß ſpringen auß dem abgelöſchten Ertz / oder das ſchön rothe / kleine / das am Kupffer hänget. De illo flore æris loquitur & Dioſcorides l.5.c.43. vbi & eius vires & medicas virtutes docet. Recentiores vero florem æris, vel χαλκοῦ ἄνθος vocant æruginẽ æris, Kupffergrün oder Spangrün. Cum ergo apud veteres leges florẽ æris, cũ apud recentiores, intellige æruginem æris. Notandum & hoc, quod olim miſcebant, & ſquamam, & florem æris: & aliquid inde flebat, quod lepida vocabant, vt patet ex Plinio. Hodie in pharmacopoliis non habetur flos æris: Plin.l.34.c.11. deſumens florem æris, ſic inquit: Æris flos Medicinæ vtilis eſt, fit enim ære fuſo, & in alias fornaces translato, ibi flatu crebriore excutiũtur, veluti milii ſquamæ, quas vocant florem. Cadunt autẽ, cum panes æris (die Kupfferkuchen) aqua refrigerantur, rubentq;. Similiter ex iis fit, quam vocant lepida: Et ſic adulteratur flos, vt ſquama veniat pro eo: flos autem ſponte cadit, ſquama excutitur ictibus, iiſdem panibus. Hæc Plinius. Ceterum vt ſimul cum flore æris fiat fex æris, & relinquatur in imo fornacum, in ſecundo libro agemus in capite Diphrygis. Florem æris veteris laborati Nicander prædicat in Alexipharmaca aduerſus hauſtos fungos.

Æris ſquama duplex eſt, ſcilicet craſſa & tenuis: Craſſa, de qua proprie loquitur Dioſcorides l.5.c.44. Dicitur a Germanis, Kupffer-

Kupfferschlag/latum & tenue illud, quod euolat per concussionem ab ære. Dioscorides L. C. squamam æris illam scilic. crassam excudi docet ex clauis Cypriis officinarum, & dici hilitin, siue clauarem, & illam optimam: E contra vitiosam, & damnari eam, quæ ex vili, promiscuoque ære, & candido fiat. Porro docet & squamæ æris vim, & lauationem.

Præterea fecit mentionem stomomatis, quæ est squama decussa ex acie, aut mucronibus. Et est erratum illo in loco a Virgilio Marcello. Alia enim est res stomomatis hæc, quam stomoma, vt mox dicemus. Altera squama æris est tenuis, & vocatur stomoma, de qua non Dioscorides, sed Plinius loquitur, a Germanis, **Kupfferbraun**/ λεπὶς, λεπίδος.

Estque stomoma, quasi remissa ab ore, & superficie æris, inde bachatura a percutiendo, dicitur a recentioribus. Alias vulgo (ne & hoc videar transiisse) stomoma est ferrum purgatũ, & purissimum, & chalybs, **der Stahl.** Seu proprie est ferrum chalybe paratum in aliquod instrumentum. **gestählet Eisen.** Plin. lib. 34. c. 11. primum docet, squama æris crassa quomodo differat a flore æris, cum inquit: Est autem squama æris hæc decussa vi clauis, in quos panes ærei ferruminatur in Cypriis officinis maxime omnia. Differentia hæc est, quod squama excutitur ictibus iisdem panibus, flos cadit sponte. Porro idem Plinius secundo loco L. C. docet de tenui squama æris, cum inquit: Squama est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine, decussum, quod vocant stomoma. Addit vero idem, quomodo & squama, & flos æris vrantur in patinis fictilibus, aut æreis, deinde & lauentur: Subiicit, & squamam fieri Cypriam ex candido ære; at longe inefficaciorem. Reliqua ipse videre poteris. Ceterum neque squamæ etiam æris nostris iam Medicis notæ sunt, vt & fuerunt olim Plinii temporibus.

Ærugo æris, vel viride æris raſile, quod recentiores, vt in præcedenti capite docuimus, & vocant florem æris, & χαλκοῦ ἄνθος, diuiſa voce, duplex eſt, natiua & factitia. Natiua in metallis Cypriis lapidibus nonnihil æris habentibus, quibus ærugo efflorescit, hæc quidam pauca, & optima eſt, quæ etiam in noſtris iam fodinis ærariis reperitur. Spahngrün/ Kupffergrün. Cuius & Dioſcorides lib. 5. cap. 45. mentionem facit. Addit & aliam ſpeciem manantem e ſpecu vitioſam; docet eius bonitatem, notas, & præterea adulterationes.

Factitia, quæ fit in ſuperficie æris, wenn das Kupffer ſo grün wird. Hæc triplex eſt, ſcilicet.

1. Raſilis vel raſa, vel raſitia, quia raditur, de qua primo loco agit Dioſcor. L. C. item quomodo fiat docet.
2. Vermicularis, ſcolecia; ſcolis enim proprie vermis eſt, quia in vermicularem creſcit, & fit, formam, vel figuram, quæ iterum duplex, foſſilis ſcilicet, & factitia.

Foſſilis, quæ optima, & per ſe raſa a lapide ærario eſt, de qua vide Plinium lib. 34. c. 12. Hanc quidam diſputant vitrioli aut chalcitidis eſſe ſpeciem, aut ipſam eſſe chalcitin. Verum eſt profecto eſt, magnam eſſe cognationem æruginis æris, præcipue natiuæ, & χαλκοῦ ἄνθους, & deinde Chryſocollæ, & vitrioli, i.e. chalcantũ ipſum. Sed an hæc foſſilis ſcolecia vermicularis ſit vitrioli, aut chalcitidis ſpecies, vel chalcitis ipſa, vel aliquid medii, in medio relinquo. Tu optime lector illa bene conſidera, & Plinii ſententia quæ ſit, iudica. 2. Factitia cuiuſmodi facienda docet Dioſcorides, & Plinius. L. C.

3. Aurifabrorum, quæ quomodo fiat, & conficiatur ab eodem Dioſcor. L. C. traditur, & hæc eſt Santerna, & iam vtũtur pro illa alumine. Quidam hanc vocant Tinckar, vel Boracem Arabice. Ceterum quid Tinckar proprie ſit, ſuo loco dicemus de Chryſocolla. Eſt autem hæc ærugo aurifabrorum nihil aliud

hil aliud, quam factitia chryſocolla, & hanc Plin. Chryſocollæ nomine cõplectitur l.33.c.5. Conſule & eundẽ l.34.c.11.& 12.

Omnes hæ ſpecies reſpondent vſto æri, aſtringunt, extenuant, excalfaciunt, vt omnes ſolent facere ærugines.

Ceterum quomodo adurantur, vide Dioſcor. L. C. Iam noſtro tempore tales ærugines multum fiunt in Hiſpania.

Arabes, ni fallor, & omnes tales ærugines vocant generali nomine Zinckar. Hæ ſunt ſpecies æruginis æris, quantum ad ipſum Plinium, Dioſcoridem, & alios. Verum ſi acute conſideras, ſunt & alię ſpecies ab his non adeo obſeruatę, quas in ſequenti ſchemate proponemus.

Ærugo vel viride æris eſt
- Raſile
  - Natiuum, Kupffergrün.
  - Factitium
    - 1. Raſile
    - 2. Vermiculare
      - foſſile
      - factitium.
    - 3. Aurifabrorum.
- Sciſſile
  - Natiuũ, q̃ eſt chryſocolla, i.e. glutinũ auri.
  - Factitium, quod eſt illud aurifabrorum viride, raſile, & eſt chryſocolla factitia.

Aliter ſic diſtinguitur ærugo æris:

1. Ærugo, color æris viridis, vnde viride ærugine tinctos, Martialis nominat, Grünſpan.
2. Natiua in pyrite ærario, Grünſpan auff einem Kupffer Kieß.
3. Satbergenſis natiua in rudi æris lapide, coloris plumbei, Grünſpan auff einem Kupffer Glaßertz.
4. In ære puro natiuo, Grünſpan auff gediegen Kupffer.
5. Factitia, gemacht Grünſpan.
6. Sublimata, quo pictores vtuntur, diſtillierter Grünſpan.

Æruginatio, iſt die vergüldung deß Ertzes im Ferment/die rothe Erde/die man wider imbibirt vnnd kochet/das iſt in der ander (operation.

Ærarii lapides a natura picti.

1 Lapis fissilis niger ærarius, in quo bracteæ æris natiui, **darinn roth gediegen Kupffer ist.**

2. In quo Chrysocolla natiua, **darinnen Schiffer grün.**

3. In quo Cæruleum natiuum, **darinn Schiffer Blaw.**

4. Lapides fissiles, in quibus æs aurei, rubri, cœrulei, purpurei, violacei, nigri coloris inspersum. **Darinn ein angeflogen oder angesprengtes Kupffer von vielen Farben.**

5. Lapidis fissilis, in quo venę æris aurei coloris, **Darinn ein gelb gediegen Kupffer.**

6. In quo vena æris, galenæ purissimæ similis, **Darinn ein weiß gediegen Kupffer.**

7. Lapis fissilis ærarius, qui sub cœlo est vstus. **Ein gebrandtes Schieffer.**

8. Vstus, **Gebrandt.**

9. Vstus sub cœlo, qui postea semel excoctus, & cui recrementa detracta sunt, **Stein d' gebrandt/vnd einmal geschmeltzet ist.**

10. Lapilli instar globorum, exacte circulares, duri & ponderosi, magni, paruique. Hi quoque reperiuntur inter lapides ærarios, quorum cutis cinerea, quasi ex arenulis essent compacti, qui si malleo franguntur intus pyriti argentei, aut cinerei coloris, sunt similes. Ex his interdum æs, interdum argentum excoquitur.

11. Lapilli durissimi, in nigro rubentes: qui reperiuntur in lapide ærario fissili, renibus animalium similes: qui fracti colore fallunt, quasi æris diuites: sed cum explorantur igne, nullius metalli materiam habent. **Kupffer Nieren halten nichts.**

12. Lapis sterilis in candido subcinereus sub lapide ærario inuentus, **deß Schifers liegendt/deß Schifers Sand.**

13. Panes primarii ex ære rudi conflati, **Stein.**

14. Secundarii, in quibus argentum vel aurum adhuc inest: qui venduntur dominis officinarum, argentum ab ære secernentibus

ncentibus, geseigerte küpfer scheibe, der ungeseigerte küpfer.
15. Panis fatiscens, vel panis æris spongiosus, ex quo cum plumbo, quod additis, argentum est extractum ein kienstock.
16. Panis argenti et plumbi, quæ ab ære segregata sunt.
17. Aes in quo inest argentum temperatum cum plumbo ein silberisch küpfer.
18. Aes à panibus fatiscentibus torrefactis exemtum gar küpfer,
19. Panis æris [fein küpfer] ab omni metallo liber geseigert oder rein küpfer
20. Spinæ, quæ, dum panes fatiscentes torrentur, ortæ sunt, dörner, so man [illegible] steiget.
22. Panes æris ex spinis confecti stücke oder küpferscheiben, so von dörnern gemacht.
23. Spinæ de panibus, quæ ex semel [illegible] panibus, spinis conflatis ortæ sunt, dörner, so [illegible]
24. Aes coctum cui aurum inest, das gold gelt.
25. Aes coctum, cui argentum inest, daß silber gelt.
26. Cui aurum et argentum simul inest.
27. Magnetide tinctum [illegible] Meßing.
28. Cadmia Metallica tinctum gelber Meßing.
29. Aurei coloris Meßing.
30. Coronarium, quo ornamenti loco nostri utuntur rustici insertis [illegible] daraus man kirmeßkräntze macht den [illegible].
31. In rubro flavum geferget küpfer.
32. In rubro fuscum roth küpfer.
33. Auri colore arte Chymistica tinctum, Alchimister gold.
34. Inauratum vergüldet.
35. Argenti colore arte Chymistica tinctum, Alchimistisch silber
36. Cum plumbo candido mixtum, glockenspeiß.
37. Clematum, geriß.

18. 38. Coctum cum plumbo candido mixtum gemacht glockenspeiß
39. Temperatura, cuius dimidia pars ex ære et argento conflatur Kobold.
40. Aes in canales ferreos fusum Kupferdecher, daraus man die Proben macht
41. Aes in granula redactum: seu: ut appellant vulgo: granularum gekörnt Kupfer.
42. Flos æris de panibus candentibus exsiliens instar seminis milij Kupferkörnlein, die vom glüend Kupfer abspringen.
43. De candentibus catinis exsiliens, minutior, quam semen papaveris erratici Kupferstaub, der auch den [illegible] stringel.
44. Flos æris verus, exsiliens sponte ex catinis candentibus, ut olim in Cypro ab ære. Cyprischer Kupferstaub, garkern, oder, das da wird, wenn man abstecht!
45. Aes coctum et malleis induratum, gehärt Kupfer.
46. Aeris squama, grobe Kupferschlacken auf dem Hamer.
47. Aeris squamæ purissimæ, quibus figuli vasa viridi colore tingunt, Kupferbrain, daran die töpfer grün verglasen, so findet man genugsam bey allen Kupferschmieden.
48. Aes in globulos dissolutum, grob gekörnt Kupfer, da man über den besen geust.
49. Aeris scobes elimata Kupferfeilstaub.
50. Aeris batitura, ut nomine Italico nonulli vocat, hoc est, æs ductum in laminas, Kupferblech.
51. Aerea fila Kupferdraht.
52. Aerea filia inaurata pro filis aureis falsch gezogen gold
53. Aerea fila argentata, falsch gezogen silber.
54. Plumbo candido obducta, verzinnter drath.
55. Recrementa nigra, quæ de lapide ærario in primā excoctione detrahuntur, schwartze wilde schlacken.
56. Metallū factū è lapide ærario, q semel coctū, et cui recremē-

tum

tum detractum est. Ein Metalle, so ein mal geschmeltzt ist
57. Metallum factum è lapide ærario, quod sepies torrefactū, jamq; ultimo excoctum, cui prima et secunda recrementa detracta sunt, Hüttenkupfer, so sechsmal geröstet.
58. Fila orichalcea Messinger drath.
59. Primum recrementum rubei coloris est materia urceolorum, ex quibus apud nos mistum bibi solet, daraus mas die welsche mass Kräusteris macht.
60. Ponderosum secundum, ære plumbove mixtum, q vocant lingua germanica Stein. Itaq; iterum ad metalla, ut citiq fluant, in ultima excoctione additur Stein, sieht einer glocken speise fast gleich, man setzt es der Aufleissig erz zu.
61. Tertium recrementum, quod in fornace remanet, quando cuprum, cui adhuc argentum inest, effluxerit. Ex isto recremento cum contunditur, et ad excoctionem iterum praeparatū, fit ferrum, die Dare, daraus man das eisen macht.
62. Recrementa, quæ è panibus æris torrefactis detrahuntur gahr schlacken.
63. Recrementa cupri prima levia sunt.
64. Secunda graviora.
65. Tertia gravissima, et coloris nigri, cærulei, purpurei, rubei.
In superficie montium Islebiæ reperitur terra rubea, vel lapides rubei, quibus effoditur lapis ærarius fossilis: sub ista lapidum genera undecim sunt, antequam ad causam fodiendi perveniatur, qui est æris copiosi foecundus Kolher Berg
1. Lapis durus, rudis, colore terreo Greist.
2. Non adeò durus cinereo colore schertz oder scheller.
3. Durior et asperior, colore similis primo oder ranigstein.
4. In cinereo nigricans, sed secundo solidior, Dachstein.
5. Cinereus durus et asper rauher stein
6. Itidem durus in cinereo nigricans, ut quartus, Splitterstein od Reiterstein

20 - 7. Colore secundo similis, sed mollior, oberfriler oder schiefer
8. Cinereq, septimo nigrior paulo atq durior. Mittelstein
9. In candido cinereus, mollis, qui cultello, ut macera dura scindi potest Unterfriler oder Unterschieferg.
10. Cinereq marmoreā duritie et soliditate, dach.
11. In cinereo prioribus omnibq nigrior, Nöberg oder Nacktberg oder kamm.
12. Lapis fissilis Islebianus, colore subcinereo, qui æris est dives, ein schiefer weiß das kupfer.

Aethna dicit ignis subterraneq, invisibilis et sulphureq, qui lapides sub mensibus adurit in carbones gagati persimiles, resina et bitumine quodammodo pleni sunt, ut carbonū ex ligno vice nonullæ nationes iis utuntur, et presertim fabri ferrarij. Nonullis locis videndum se praebet uno tempore magis quam ut in Siciliano regno, eo monte qui nomen hoc ipsum habet, item in regno Neapolitano, Puteolj, non longe à Neapoli. Olim veteres causam ejusdem flagrationis admirati, nec valentes eam post multam indaginem reddere, tandem eo desperationis devenerunt, ut inter celeberrimos philosophos, Physicos atq medicos Empedocles unus in medias Aethnæ flammas devorandum sese conjecerit, verecundiā potiq quam ignorantiā victum. Item aliq Plini: ejusdem ignis fumo sese non aliter suffocandum exhibuit. O vesana hominū ingenia, qui, dum ignorare nihil volunt, experiuntur nullos labores sustinuisse, ut nihil scirent; praeterea quedam nosam adferunt mortem, epistimantes satiq esse non vivere quam nō scire, q tamen non ignorabant esse transitoria. Muliercule idem absoluta cognita, prunas ardentes in ollam norunt concludere, ne per rimulam minimam aëri pateat aditus, ad hunc modum prius emoritur et suffocatur ignis, q nisi f aërē et in ipso vivit. Sttamen, prius q̄ extinctq sit oīq, ut vel scintilla supersit, facto spiraculo, revivisceit, et in pristinum statum redit. Non secus de Aethneo iudicandū, q suam in mundi centro ducit originem, terraq ut ollā continere. Verum ō caret suis spiraculis, circum

rum terrae globu hiantib. p q modo p hoc, jamdemu p aliud vita[m] a[l]i-
et nutrimentum haurit ex aere. Si vero suis carent spiraminibus,
haud aliter quam de ollari mulierum igne fiat necessu est. Item.
Aethna omnes minerae ardentes Ein Unsichtbares, schreckliches
feuer in bergen, so die steine zu kohlen machet, die man stein kohlen
nennet. It. alle brennende Erz in bergen.
Aethnici dicuntur spiritus ignei, vel spirituales, hoes igne flagrantes,
qui varijs modis et formis apparent, ut igneae flammae, titiones,
globi, sphaericaeque prunae, idque in sulphureis montibus.
Aetitis a Germanis dicitur: Ein Adlerstein, vel propter colorem,
vel propter virtutem illam, quod aquila sine illa parturire
nequeat: allevidt enim partum: ab alijs dicitur lapis erodialis
vel aquileius. Estque gemma variarum specierum, ut ego
observavi. Prima eius species est pregnans lapide, ut eam de-
scribit Dioscorides, cum quatitur, alius lapis, in utero sonat.
Estque lapis rotundus, ut galla concavus alium in se praegnans
lapidem continens: haec species reperitur ad Salam, Albim,
et plurimum in regione, quae jam a nostris dicitur: Die
steiermarck. Haec immensas habet virtutes, praecipue
continet gravidis partus, cum vulvae sint lubricae. Secunda
species Aetitis est praegnans terra, seu argilla candida vel
crocea, et haec est geodes gemma, cuius Dioscorides in fine cita-
ti capitis facit mentionem. Talis quae in se terram vel ar-
gillam continet conceptam, reperitur Dresden in Misnia,
et hinc inde in Saxonia. Ad Albim loco descripto illam
speciem crocea argilla praegnantem inveni: reperitur ad
Salam candidam in se continens argillam. Tertia est
praegnans aqua, q posita in loco calido sudat, et Enidros
dicitur. Vnde et carmen: Perpetui fletus, lacrymis destillat Enydros,
Qui veluti ex pleni fontis scaturigine manat.

22. Plin. l. 37. c. 11. et Solin. c. 40. hujus egregiè mentionem faciunt. Sic n. inqt Plin: Enydros semper rotunditatis est absolutæ, in candore est levis, sed ad motum fluctuat intus in ea, veluti in ovis liquor. Et Solin. Enydros exsudat, ut clausam in eo putes fontanam scaturiginem. Quarta species est prægnans arena et lapillis. Quinta prægnans Chelonitide, mit dem Muschelstein, de quâ in præced. c. Septa prægnans est candido silice, quam speciem etiam inveni ad Albim in loco supra descripto, cujus matricem cum aperirem, inveni silicem tali formâ, a candidum, subrotundum in longum, durissimu, qui ad caput animalis cujusdam adhæsisset, erantque in ejus superficie cellulæ qu. apum in favis, cujus speciem alteram aliqn extra matricem inveni solam tali forma, b q. ferme pileus. Plin. l. 10. c. 3. ætitem, quem alij gagitem dixere, reperiri dicit in nidis aquilarum, præcipuè barbararum, et esse lapidem prægnantem intus cum quatiatur, alio veluti in utero sonante, et qui nihil igne deperdat: et hoc q. comune habet cum gagate; unde forsan et gagates dicatur: prætrea illi maximam vim medicam, qui è nido aquilæ diripiatur. Porrò l. 36. c. 27. reperiri ætitem dicit in nidis aqlarum, et binos unà marem et fœminam, ac sine his parere aqlas ò posse: sicuti aqlæ exclusis pullis supponit achatem, qui custodit illos à morsu venenatorum: Facit autem Aetitis hæc genera vel species hasce. Aetites Plinij est quadruplex.

1. Pusillus mollis in Africâ nascens, intra se ac velut in alvo habens argillam suavem candidam. Estque friabilis, et putant esse fœminei sexus, et hæc species reperitur apud nos argilla flava prægnans: Et hic est Geodes Dioscoridis. 2. Nascitur in Cypro, colore similis illi, q in Africâ nascitur, amplior tamen atque dilatatus, cæteris globosa facies mollis est, et friabilis; habet in alvo arenam jucundam et lapillos, cujus species sunt prægnantes conchylide et silicibus. 3. Nascitur juxta Leucadem in Thaphiussa, unde dicitur Thaphiussius, invenitur in fluminibus candidus et rotundus, hinc est in alvo, q vocatur callimus, nec quicquam est tenerius.

2 Durus similis gallæ nascitur in Arabia, q mas esse creditur, subruti-lum in alvo habens lapidem ac durum: hic maximè celebratur à Diosc. et etiam reperitur apud nos, ut in præcedentibus dictum est.

Aetites omnes continent et custodiunt partus, et valent contra oēs abortuū insidias, ut idem Plin. testatur l. 37. c. 11. aetitem ā colore aquilae caudā candicantis esse. Caeterū nota, q hunc aetitem vocant q̄dam et echitem, qa Echis, q herus aviū est, habitet juxta illa littora oceani, ubi aetites reperiatur. Verū alia est aetites, ceu adscripti, de quo supr. Plin. l. c. eod. et specialiter Echitis et aetitis meminit. E. non sunt idem. Vide de aetite et Solinū c. 40. Serapium l. Aggr. c. Hagar Alhamacs, et Rasim, l. de proprietatibus Albertum, Evacem et alios.

Alij vero sex species Aetitis enumerant, quas proxima post Aphrationē pagina invenies sub signo * f. vor 71.

Affronitrum est spuma nitri, q Arabicé dicitur Baurach, vel Affronitrum spuma nitri quae est salsa, glaßgall, ut q̄dā dicunt, vel Affronitrum est sal Cappadocium.

Africus Mitter drenget rost.

Affenicum, id est, aūū. Affeos, id est, spuma. Afros idem.

Affrodina, id est, Venus. Afformas est vitrum.

Affrotron, spumeus, schaumig. Affarx, atramentū. Affaris idem.

Afragar ist Spangrün. Affrengi, id est, minium, idem.

Afidra, id est, cerusa, Bleyweiß. Allmat idem.

Afrob est plumbum nostrum, corpus immundum.

Agar, id est, calx, Algit, Algerit, idem. Agaba ist Spiritus dulz.

Ahenum est vas metallicum ex cupro aut ferro duū pedum altitudinis, ejusdemq ferè latitudinis cusum. Hujus fastigio cooperculum, sequentem in modum formatum, illius re limites rite claudens, imponendū est. Fit lamina cuprea ad aheni capacitatem (nonnulli rei familiari consulentes pro cupro ligneū asserem assumunt) rotunda, in cujus centro (qū uni cucurbitae inservire debet) ad amplitudinem imponendi vasis, foramen excavatur, ut vas per id tuto prominere possit. A latere vero altero prope aheni finem aliud parvum foramen, per q calida suffunditur, et defectus expiratae aquae suppletur, praestatur. Usus hujus aheni cum operculo in balneis frequentissimus est.

Ahius Salzstein.

Akusat ist Arsenicum sulphur, auch der adeler.

Aiarazath, alkenot est bleij.
Akibot, id est, Sulphur, alchibit, alchimit.
Akon, cos: hinc aconitum, herba quæ cautibus nascitur, nomen habet.
Est autem cos lapis, quo cultri acuuntur, aliaque instrumenta.
Germanice vocatur wetzstein oder schleyff. Huius apud nos varia
sunt species: coloris nigri, candidi, flavi, nigerrimi. Diosc. l.5. c.93
cotem Naxiam quoque dicat, et recitat vires materiæ, quæ deteritur
exacuendo ferro, den schleyff. Sic species cotis est, quam aliqui
vocant Heracleum et Lydium streichstein: qui notus aurifa-
bris et dicitur coticula, cuius Plin. meminit l.33. c.8. Est et
species cotis lapis ille, qui eruitur in Misnia, quo utuntur
nunc compactores librorum. Sic cotis est alia species viridis,
quæ dicitur cos ocularis: vel cos olearia, vel olearola.
quia oleo asperso acuuntur in ea instrumenta ferrea. Sunt
et aliæ eius species, quas tu ipse deferre huc poteris.
Alabastrites alabaster stein, a patria Alabastria regione, ubi
crescit in Aegypto, et Syriæ Damasco. Estque lapis ex speciebus
marmoris notus Venetiis. Eius tres sunt species: Prima can-
dicat, quæ a germanis weisser alabaster stein, de quo o-
lim fiebant imagines sanctorum et monumenta sepulchrorum.
Secunda eius species habet nigras maculas, bund alabaster
alabaster stein. Tertia in russo interdum candicat, propter-
rea onyx dicitur, rotfecht Alabaster stein, quia unguis
humani colorem repræsentat. Et hanc proprie intelli-
git speciem Dioscorides, cum inquit: Alabastrites, qui et onyx
dicitur, crematus, duritias cum pice aut resina discutit.
Ceterum de onyche, id est, testa conchylij et ungue odorato
in 2. l. Diosc. agit. Postremæ duæ species etiam apud
nos in Germ. reperiuntur: ut in Cheruscis, non procul
a Northusia, et in Saxonia circa Hildesheim. Plin. l.36. c.7
et 8. Alabastritem aptum ad vasa ungentaria dicit, et epu-
stum emplastris convenire, patriam eius esse circa Thebas Ae-
gyptias, et Damasc. Syriæ, Asiæque: vilissimum econtra in
Cappadoc. Consule et eundem l. 13. c.13.

Ala-

Alahabar, alabari, alchonor, allarinoch, alhohonoch, alrachas, alaſtrob, alomba, alooc, id eſt, plumbum, allabor, alcamor, idem.

Alafor, id eſt, ſal Alkali, alafort idem.

Alahic, Etliche ſagen/es ſey ein Ofen der Alchymiſten/etliche ſagen es ſey Kohl.

Alatan, id eſt, lithargyrium plumbi, Bleyglett/Haffnerglett.

Alaſalet, id eſt, Armoniacum.

Alaboni, aloanach, Iſt Bley.

Alartar, id eſt, æs vſtum, gebrandt Ertz.

Alachaſchec, id eſt, tribulus.

Alahatib, id eſt, lapis rubeus.

Alatreg eſt ſpecies ceruſæ.

Alaurat, id eſt, ſal nitrum.

Albatio, die Weiſſe/die tödtung/zu Aſchen verbrandt.

Albanum, id eſt, ſal vrinæ.

Albani lapis ſalis lacti.

Albaras, id eſt, Arſenicum.

Alberick, id eſt, album æris, weiß Ertz.

Albetad, id eſt, galbanum.

Albeſton, iſt lebendiger Kalck.

Albi, id eſt, ſublimati.

Albir, id eſt, pix de corticibus taxi, Bech von Yben rindern. Credo quod ſit ſubſtantia, de qua fit incauſtū, id eſt, Damit man Dinte machet.

Albor, id eſt, vrina.

Albot, id eſt, cruſibulus, Ein Goldſchmidts Tiegel.

Albotat, alfidas, id eſt, ceruſa, asfideque.

Albotim vel albotai, id eſt, terebinthina, Terpetin/albuhen, altilibat, albotra, bora, debutum, helcabatan, helkaboni, helcalibat, helcalidar, kytram.

Album, id eſt, Weiß Kupffer.
Albuhar, Bleyweiß.
Albula, Perlein.
Alcali, principium Chymicorum ſymbolicum. Eſt ſal ex omniũ rerum cineribus ſine calcibus corporum extractum: idq; omnib. rebus ineſt propriũ, ſiue liquidæ ſint ſiue calidæ. Saltz auß aller gebrantter Materi Aſchen oder Kalck gezogen / welches eigentlich in einem jeden Ding / es ſey flüſſig / oder gantz hafft / iſt vorhanden. Mag genennt werden / Aſchenſaltz / Kalckſaltz.
Alcadp, id eſt, atramentum album.
Alcaol, id eſt, lac acetoſum vel Mercurius.
Alcaheſt Mercurius dicitur præparatus: noñulli volunt eſſe tartarum: mens tamen auctoris facile deprehenditur a præparationis eius deſcriptione.
Alcanna vel Alcona apud Auicennam arbores ſubtiles, longæ, habentes nodos, ſicut Canna, quibus haſtarum loco vtuntur Arabes. Quidam etiam pro ligno Guaiaco ſumunt.
Alcebris viuum, id eſt, ſulphur, alneric, anerit, aneric.
Alchaheſt, id eſt, Mercurius præparatus in medicinam hepatis, Zugericht Queckſilber / der Leber dienſtlichen.
Alchimia eſt impuri ſeparatio a ſubſtantia puriore.
Alchitram vel Alchietam, id eſt, ol. Iuniperi, pix liquida, arſenicum præparatum ad abluendum.
Alchitran, id eſt, fæx deſtillationis, Item ol. iuniperi.
Alcimad, id eſt, Antimonium, alcofol, alfacio, Spießglaß.
Alcohol eſt puluis ſubtiliſſimus.
Alcohol vini (ſine vini exſiccati Epitheto) eſt, quando omnis ſuperfluitas a vino ita ſeparatur, vt accenſum ardeat, donec totum conſumatur, nihilque fæcum, aut phlegmatis in fundo re-

do remaneat. Das subtiliste Puluer / so man machen kan. Setzt man aber darzu Alcohol vini, ist es ein rectificirter distillirter Wein / der sauber außbrennt / wen er angezündt wirdt.

Alcool) Nonnulli satis incongrue, sunt interpretati pro pul. minutissime trito, pistillo vel mortario ferreis, æneisq;. Sed error istorum satis arguitur eo, quod variis locis Paracels. de alcoole vini scribit, pro aqua ardente rectificata, quæ quidem nihil cum puluere commune habet. Est igitur alcool rerum, aut corporum quorumcunque nihil aliud, quam purior & mundior substantia ab impura separata. Vt alcool antimonii Paracelso nil aliud, q̃ hoc. Auctor vult, vt antimonium non modo atteratur pistillo & mortario, sed etiam in volatilem suam substantiam a suo naturali colore non immutatã. Idq; solo ignis & caloris beneficio, regimineque fieri necesse est, vt postquam vulgariter contritum fuerit, philosophice tandem atteratur sublimationibus, quæ pistilla sunt philos. & mortaria. Docet alio loco sublimationem hanc fieri debere, sine omni capite mortuo. Satis itaq; constat, nihil fæcum ante sublimationem adfuisse. Proinde necessaria est ista sublimatio stibii, vel frustraneum opus, & inanis labor ad antimonii flores suscipitur. Maxima pars eorum, qui Paracelsi præparationum anatomiam exercent rerum, tentantes arcanum hoc, fallitur. Statim autem a vulgari tritione sublimant in fuligmem albã. Sed prius in cœlum scandere posse, quam hac via flores citrinos aut rubeos elicere, suo damno sæpius experti sunt. Vulgare non est, at mere philos. artificium paucissimis cognitum. Proinde filiis doct. reuelandum. Eiusmodi sublimatio fieri debet igne admodum temperato, vt antimonii puluis minime liquescat, ascendat nihilominus, vt farinæ flos parietibus adhærere cernitur molendinorum.

Alcolismus est comminutio vel corrosio.
Alcol, id est, Acetum, Essig.
Alcocl, id est, lac acetosum.
Alcone, id est, Aurichalcum, Mösch.
Alcor, id est, æs vstum quasi grana.
Alcore est quidam lapis, habens folia similia argento, Spatt/ Altores idem.
Alcohol est stybium siue antimonium.
Alcubd, id est, butyrum crudum, alumbair.
Alcubrith, vel Alcur, aut Aluzar est, idem quod sulphur, Schwebel.
Alec, id est, vitriolum.
Alecharith, ist Mercurius.
Alechil, id est, tripes, Dreyfuß.
Alectoria est gemã, teste etiam Plin. l.37. c.19. crystallo similis vel aquæ limpidæ: Et in summa præ se fert crystallinã speciem magnitudine fabæ in ventriculis gallinaceorum, ceu vt Albertus vult, galli castrati: post quartũ añum reperitur. Reddere dicitur diuites, & bellicosos se portãtes. Et Milonẽ Crotoniensem hunc propter ferunt in certaminib. fuisse inuictũ. Cõciliat gratiã puellis, restinguit sitim. Vide & Solinum c.4.
Alefantes, id est, flos salis, Saltzblum.
Alembaci, ist gebrandt Bley.
Alembic, id est, Mercurius.
Alembicus seu capitellum, (Ein Helm/) quod vasis inferioribus ad vapores recipiendos imponitur.
Alembicus alius rostratus est; alius cœcus. Rostratus est, qui humores resolutos per canalem aut rostrum ad vas recipiens dimittit: Alius cœcus, hoc est, sine rostro sublimationibus inseruiens. Hic in sublimationibus nonnunquam in vertice perforatus aliquantulũ est, humores ascendentes emittens.
Alem-

10. Aurum coctum, & ab aliis metallis segregatum, quod obryzon Græci. Fein Goldt.
11. Quod argenti mixturã habet, Gleich od' Reinisch Gold.
12. Cupro tinctum, Gegrent Goldt.
13. In fila ductum Gespunnen Goldt.
14. In bracteas ductum Geschlagen Goldt.
15. Lapilli, qui reperiuntur in riuis circa arcem Honsteinam, e quibus aurum excoquitur Goldtkörner.
16. Auri ramenta grauia ibidem inuenta, Gediegem gesteiff Goldt / oder Körnicht Goldt.
17. Vena auri fertilis in monte Carpatho, Guldig Ertz / oder ein guldner Handtstein.
18. Ramenta auri leuia ex eodem loco, Rein gediegen Flemmicht Goldt.
19. Scobes auri collectæ lotura, & in ramẽta ductæ Gekretze.

20. Spu-

20. Spuma auri Goldglette.
21. Recrementa auri Schlacken. Auriga treiber.
Aurichalcum, i.e. Ertz oder Meßing. Auria massula, i.e. König.
Aurum Philosophorum, id est, plumbum.
Aurum potabile est liquor, sine corrosiuo, quod paucissimi norunt, eorum etiam, qui parant cotidie in hominum perniciem potius, quam salutem,
Austromantia alia est superstitio quædam excogitata, ex ventorum obseruationibus, vt cum astra ventorum in summam, vltra consuetudinem, vehementiam erumpunt, inde futuri prosagiũ homines otiosi magis, quæm curiosi pronunciant.
Aurum vitæ est aurum præcipitatum, vel Mercurius præcipitatus cum auro, ac in summam rubedinem reuerberatus, Ein præcipitat mit Goldt gemacht/der durch das Fewer in die höchste Röhte gebracht ist.
Aurum viuum, id est, argentum viuum.
Auuer, id est, aqua pura, vel lenis.
Axiculus Walze/ Walcheim.
Axiculus ferreus Schwentzelnagel.
Axungia de mumia, quæ interdum mumia de medullis etiam scripta reperitur, est medulla ossium.
Aycophos, id est, æs vstum, alecofoc idem.
Azaa, id est, magra, terra rubea
Azagor, id est, viride æris, Azragar.
Azamo, id est, Calor Indus.
Azanec, id est, Armoniacus. Azarnet ist Auripigmentum.
Azec, id est, atramentum viride. Azci, id est, atramentum.
Azeff, id est, alumen scissum. Azedegim, id est, Hæmatites.
Azeg, id est, Vitriolum, azezi, azegi
Azegi arec, id est, aqua atramenti.
Azem, id est, butyrum coctum.

Azemaſor, id eſt, minium vel cinabrium.
Azenſali, id eſt, ein ſchwartzer Stein/ſo im Goldt funden wirdt: Iſt auch Mooß/ſo auff den Felſen wächſt.
Azernec, id eſt, alfatida.
Azius, iſt ein Stein/darauf Saltz wächſt.
Azimar, id eſt, flos æris, vel æs vſtum.
Azob, iſt Zucker Alaun.
Azoch, iſt vnſer Mercurius/das iſt ein doppelter Mercurius/ deß Steins Materi. Daher ſagen ſie/Azoch vnd Fewer ſindt genug/den Latonem zuweiſſen/vnd das gantze werck zufertigen. In der erſten Arbeit erſcheinet er weiß: dan das Weib vberwindt den Mann. Darnach ſchwartz. Braſeſchi ſagt/ wañ Azoch zu Saltz wirdt/ſo wäſchet er Latonem, das iſt/ den Metalliſchen Schwefel. Dann wo er nicht die Röte ablegt/vnd weiß wirdt/ſo taug er nichts. Dieſer Schwefel heiſt der Mann. Anfänglich iſt er roth/ vnd wann dieſelbige Röthe/ oder die vnctuoſitas, Feiſtigkeit (welche die Röthe verurſachet) hinweg iſt/ſo ſagt mann/der Schwefel ſey hinweg.
Azoth eſt argentum vivum, ex quouis corpore metallico tractum: & proprie Mercurius corporeus, Mercurius corporis metallici. Paracelſo præſertim eſt vniuerſalis & indifferens medicina, rerum ſpeciem omnem exuta, & intentiſſimam induta vim, atq; centralem quandam virtutem generaliſſimam, reliquas omnes medicinas in ſe concludit, non aliter, quam prima reliquas omnes ſubſtantias, excluſis accidentibus. Hanc in enſis pomo concluſam, quocunq; locorum ierit, geſtaſſe ſecum perhibetur. Sonſt iſt ein Queckſilber aus Metall gebracht. Aber Theophraſtus nennet ſeiner fürnembſte Artzney eine alſo: Vermeinen etliche/es ſey Lapis philoſophicus geweſen. Der Azoth wird auß den Cörpern gezogen durch Mercurium/vnd wird genennt Spiritus animatus,
ein

ein gesceßter Geist / aqua nostra, Essig/&c. Lacin. lib. 2. c. 2. Maria spricht/ Wann der Laton geweisset ist / so heisset er Azoth. Daher wird gesagt / Azoth weisset den Latonem, darnach weisset der Laton abermalß andere/ vnd rötet / vnd wann er wider rot ist / heist er abermal Laton. Geber: Azoth ist der Mercurius, welcher von den Cörpern durch den Mercurium Philosophorum außgezogen wirdt. Ist also vnd wirdt Azoth ein Elixir, id est, ein vffgelöster Cörper in dem Mercurialischem Wasser. Heist auff Arabisch Azoth ein auffgelöst Silber. &c. Es ist auch die Metallische Erdt in den Bergwercken/ vnd wirdt genennet Azoth vitreus, oder vitricolaris, chalcanthis; weiß vnd glänzendt/ innwendig rot/ auch anzusehen schwartz / vnd grün: Hat ein Farb/ wie ein gifftige Erde. Ist den Metallen nahe verwandt.

Azub Arabice, Latine Alumen, Azel idem.

Azubo, id est, vas chymicum. Bedigar idem.

Azuc, id est, corallus rubeus.

Azumen, id est, pondus, baccatum.

Azur, vide Turbam fol. 30.

Azuric, id est vitriol rubeum.

Azymar, id est, vermilio. Azamar idem. vel minium.

B

BAcar, Das Gewicht.
Bacillus teres ſtriatus, Kerbholz.
Bacillum, Knebel.
Bacillum fereum foſſorum teres, Eiſen/damit man einen durch=(ſchlag machet.
Bacilla ferrea fiſcula incluſa, Strengſtange.
Bacilla ex acie facta, Stachel/ Stäbe.
Bacilla maiora ferrea vncinata, Gorthackes.
Baculus ferreus eſt inſtrumentum ad ſuſtinenda impoſita va-(ſa cuſum.
Bacillum ferreum, Nagel/ Nahel/ Brecheiſen/ Steckeiſen.
Bacilla ferrea, Stabeiſen. Bagedia, i.e. libra 12. Vnciarum.
Baiac, id eſt, Ceruſa, Bleyweiß.
Bayda, i.e. vas ſuper quod deſtillatur. Balziam, i.e. faba.
Balaſius purpureo ſeu roſeo colore flameſcit, & rutilat, & a nonnullis placidus dicitur: aliqui putant eſſe Carbunculũ, colore ac virtute diminutũ, quemadmodũ virtus fœminæ a virtute maris differt. Pluries compertũ eſt, q; exterior pars vnius lapidis atteſtat balaſio, interior carbunculo, & ex hoc dicunt balaſiũ eſſe domũ Carbunculi. Balaſii virtus eſt varias cogitationes ac luxuriã auferre ac reprimere: conciliare amicorũ diſcordias, ac in humano corpore ſanitatem inducere. Qui tutus ac potatus cũ aqua oculorũ, infirmitatib. opitulatur, & hepatis dolorib. ſubuenit: & q; mirum eſſe arbitror: ſi ipſo balaſio quatuor domus angulos, viridarii, aut vineæ tetigeris: a fulgure, tempeſtatibus, ſiue a vermibus erunt immunes.
Balitiſtera, id eſt, terra rubea. Balneũ Mariæ, id eſt, aqua calida.
Balneum aliud maris, roris aliud.
Balneum maris vel Mariæ eſt, quando res diſſoluenda in conueniente vaſe aquæ calidæ in ſuo aheno contentæ imponitur, inibiq; operatio perficitur.
Balneũ roris eſt, qñ vas aquã non tangit, ſed a vapore aſcendente calefit, resq; impoſita diſſoluitur. Vel: Bal-

Balneũ Mariæ, vel maris, vt multi vocari volũt, eſt furnus deſtillatorius, aquã continens, in qua calente vaſa chymica ponuntur ad putrefactionem ſuæ materiæ, q̃ capiunt, ad ſeparationẽ, & id genus humidarũ aſcenſionũ pficiendas operationes.

Balneum roris, vel roritũ eſt furnus, in quo ſuper vaporẽ aquæ duntaxat vaſa deſtillatoria ſuſpendunt, vt aquæ corpus non cõtingant, alio nomine vaporoſũ, aut vaporariũ vocauimus.

Balſam, **Bech/iſt die Feuchtigkeit/die vber bleibt.**

Balſamum. Balſamus eſt ſubſtantia corporum a putrefactione conſeruans. Eſt internus & externus. Internus in homine eſt temperatiſſima q̃dã ſubſtantia, non amara, non dulcis, nõ acerba, neq; ſal minerale, ſed ſal liquoris, q potentiſſime a putrefactione pſeruat: dicit & naturę corporis gluten temperatiſſimũ. Breuius ſic: Eſt ſalis interioris liquor ſuũ a corruptione corpus tutiſſime pſeruans naturaliter. Externus eſt terebinthina nullã vim ignis paſſa, ſed digeſta: Parac. l. de tereb. Itẽ omne illud, q celeriter ſanat a Germ. ſermone ad chirurgiã adaptatũ nomen duab. dictionib. **Baldzamen**/i. e. celeriter coniunctũ. Itẽ quoduis oleũ diſtillatũ, & ad ſumũ gradũ puritatis adductũ: Item quicquid corp⁹ vel mortuũ vel viuũ a putredine cõſeruat, **Ein Erhalter aller Cörper für faulung vnd zerbrechung: Iſt zweyerley/ein iñwendiger vnd außwendiger: Der iñwendig iſt ein temperirt Ding / weder ſawr/ noch ſüß/ein** reſoluirts **Saltz od' Safft deß Saltzs im Menſchen/ daß für fäulung behütet. In natürlichen Dingen iſt d' außwendig Balſam/der alle Cörper für fäulung vñ zerſtörung behelt/ alß da Schwebel vnd dergleichen.** Item **ein jedes diſtillirt Oel/ auch ein jedes Ding/darinn ein ſchnelle Heilung iſt.**

Balſamus de mumiis eſt balſamus de carne tractus, **Fleiſchbalſam/Mumebalſam.**

Balſamus elementorũ externus eſt liquor Mercurii externi, i.e.

elementorum mumia externorum, vnum ex tribus rerum principiis, rerũ firmamẽtalis essentia, alias quintã. Der Element ausser Balsam. Ist eines auß den ersten drey Anfängen aller Ding: der Mercurialisch Safft der Element.

Barach panis, id est, nitrum Salis,

Barcata, id est, meatus ignis.

Bardadia, id est, libra.

Barnabus, barnaas, sal petræ vrinarium, vrina salis petræ, acecum acerrimum, Salpeter/darauß er wird/oder scharpffer Essig.

Basiliscus minor, stellio, moletoum, kleiner Basilisck.

Barurac ist Glaß.

Basura, id est, semen.

Based, besed, id est, corallus Belesis.

Batitura æris, cubeletas.

Batillum, Schauffel.

Battitura rami, id est, squama Veneris, ist Kupfferschlag/ oder Kupffer Asch.

Battitura æris, id est, squama metallorum, der Metallen Schupen. Græce, lepidos, Arabice Cubel, vel Tubel, vel fuligo, Germanice Hamerschlag.

Baul, id est, vrina.

Baurach ist allerlei Saltz.

Baurac wird vom Schaum deß Glases oder Niters.

Baurac, id est, bores.

Baurac, id est, sal gemmæ.

Baurac, i. e. sapphirium lithargyrũ albificatum, weiß gemacht Glett.

Baurac est genus salis Alzedi, & diabesis, id est, testudo argenti viui.

Baurac, id est, sal vitri, fex vitri, spuma vitri, fel vitri.

Baurac, id eſt, attinckar.

Baurac, id eſt, quodlibet genus ſalſuginis.

Baurac acutum, id eſt, coctum.

Baurac iſt Pflaſter / damit die Fugen vmbſtrichen werden / als deß Golds mit Eyerclar vnd Mehl.

Baurac iſt auch geſaltzen nitrum / Armeniſch vnd ſchwefeliſch.

Beleſon, id eſt, balſamus.

Bercos, id eſt, rotundum.

Berna, id eſt, vas vitreatum, birmina.

Berillus eſt ſpeculum cryſtallinum ſuperſtitioſe conſecratum ab auguriſtis: ein Cryſtalliſcher conſecrirter Spiegel / Brill / Beriil.

Berilliſtica eſt ars in eiuſmodi ſpecillis viſiones obſeruandi, die Kunſt / wie mann durch Brillen oder Cryſtallen ſehen ſoll.

Berrionis, id eſt, colophonia, gummi iuniperi idem, & bernix, ein Ding daß auß Leinöl gemacht wirdt / alias Vernis.

Beryllus. Eandem aut ſimilem naturam cum ſmaragdis berylli habent, in India originem habentes, & raro alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura, ne color ſordeſcat, ſed repercuſſu angulorum excitetur. Sunt autem Berylli variæ ſpecies, ſcilicet:

1. Probatiſſimi ſunt, qui imitantur viriditatem puri maris, interueniente glauci & cœrulei temperamento.

2. Proximi his ſunt chryſoberylli, paullo pallidiores, in aureum colorem exeunte fulgore. Languidius micant, & aurea nube circumfunduntur.

3. Chryſopraſus, his præcedentibus pallidior. Trahit mixtã lucem ex auro & porraceo. Hunc propter guttas aureas in coagulato quaſi ſucco porri, ſpeciem praſii fecere, vt in præcedentibus dictum.

4. Hyacynthizontes, qui referunt prope hyacinthos, & ipſos probant.

5. Heroides.
6. Cerini.
7. Oleagini, coloris olei.
8. Cryſtallis ſimiles. Hi habent ſordes, pterygia, ſales, capillamenta. Berylli & circa Pontum reperiuntur. Et Indi, qui præcipue delectantur beryllis, eos adulterant, imbuendo cryſtallos. Ceterum beryllus facere dicitur ad amorem, curare oculos & epar, & ructus, extenuare ſpiritus: ſoli expoſitus, incendere ignem. Conſule de beryllo Plinium l. 37. cap. 5. Solinum in Polyhiſtore, cap. 55. Albertum in ſuo Lapidario.

Beſachar, Fungus, Schwamm.

Beſonna, Bezonnar, muſcarum fungus, Fliegenſchwamm.

Bezar vel Beſar, id eſt, lapis viridis, Ein Grüner ſtein.

Biarchetunſim, pythium, ceruſſa, Bleyweiß.

Biladen, id eſt, calips, calybs, Stahl.

Biſematum eſt omnium leuiſſimum, pallidiſſimum & viliſſimum plumbum.

Bitrinati, Verglaſſet.

Bitumen, Bergwachß.

Bitumen a Græcis aſphalton dicitur, forſitan, a lacu Aſphalti te in Iudæa, qui nunc vocatur mare mortuum, vbi ſcilicet olim Sodoma & Gomorra fuere. Nam ex illo lacu lentor ille aſphalton eruitur, in vſum mortalium, cum cetera ſit omnino ſterilis. Præterea bitumen in Aſſyria & Chaldæa copioſe adeo naſcitur, vt pro cæmento ſit in muris condendis. Semiramis enim dicitur bitumine fabricaſſe muros Babyloniæ. Dicitur vero bitumen naſci in Babylonia, propter frequentia illic fulmina. Eſtq; bitumen nihil aliud, quam limus aquæ extractus lentiſſimus, pici ſimilis, & quaſi pix terræ. Propterea etiam Dioſcorides libro primo poſt picem bi-

tuminis mentionem facit, & enumerat eius genera esse a Patria Phœtuceum, Babylonicum, Zacynthicum, Siculicum. Docet & bonum esse, cum sit purpureum, seu purpuræ modo splendeat: econtra malum & vitiosum, cum sit nigrum. Ceterum quoad ipsam substantiam, bitumen duplex est, scilicet glutinosum, durum, in terra, & liquidum: in aqua & fontibus etiam, vt Curtius testatur natans, quo vsi sunt vice olei, iniuste oleum Sicilicum nominantes. Plinius bitumen alibi limum, alibi terram testatur esse: limum scilicet emergentem a Iudææ lacu. In Babylonia & liquidum & candidum gigni docet, quod est pissasphalton: & est liquidius, & magis accedit ad naturam picis. De bitumine e terra pulcre Ouidius dicit 9. Metamor. Vtue tenax grauida manat tellure bitumē. Optimum tamen fertur Iudaicum. Estq; proculdubio species naphthæ: sed non naphtha ipsa, vt quidam volunt. Vide Serapionem capite Brasalendi. Naphtha enim est petroleum, & liquidum oleum. Sed bitumē vel asphalton, est res dura, tenax, quæ puluerisari nonnunquam potest, non resoluitur tamen, habens fœtorem naphthæ. Miror autem aliquoties in vndis reperiri, tam aduerso incendiis elemento materiam, tam amante ignis, vt accensa affusis aquis magis ardeat.

Nicander in theriaca bitumen prædicat valere ad venenata abigenda. Bitumen certe epilepticos exturbat, vino potum. Quartanam expellit sua vehementia & spiritus acrimonia. Non mirum ergo, si venenata abigat. Fuit & olim eius vsus in statuis tingendis, & ferro indurando. Consule Arabes, item Dioscor. Plin Solinū, Strabonem & alios. Addem⁹ & pauca de pissasphalto. Pissasphaltū liquidius est ipso bitumine, & nomen habet a pice & bitumine, forsitan quia redolet picem bitumini mixtā. Estq; duplex pissasphaltū: sc.

naturale, quod creſcit: & factitium, quod fit ex pice & bitumine arte. Dioſcorides lib. 1. c. 83. naturale deſcribit. Plin. lib. 24. c. 7. factitium celebrat, wenn man Bitumen vnnd Bech zuſammen ſchmeltzet. Quod contra ſcabiem ouiũ proculdubio intelligi vult 3. Georgicorum, cum inquit:

Idæaſq; pices, nigrumq; bitumen, &c.

Niſi nigrum bitumen ſordidũ & vitioſum, aut ſicilicum liquidum velis intelligere. Ceterum naturale piſſaſphalton ex agro Apollonitarum circa Epidaurum effoditur. Sed reliqua in ſequentibus agemus. Vel:

Bitumen ſulphurea terra eſt, ſuccus pinguis; Geſchwebelt Erd/ Schwebelerd/ Erdſchwebel/ Erdhartz / Hartzerde / Hartzbech. Bitumina varia ſunt: liquidum oleo ſimile, petroleum. Liquidum odoratum Saxonicum, deter, odoratum, camphoræ natiuæ, Kampfer. Nigrum, craſſum, quod a picis colore nomen habet, e lacu Sodomæo, quo Mauri cadauera implent. Nigrum craſſum e Palæſtina, Jndianiſch Bergwachß. Foſſile carbonibus ſimile, Böhmiſche Steinkolen.

Bitumen peruerſum eſt liquor incertus, ein verkerter Leim: Jſt ein vngewiſſer Safft.

Blanca } mulierum.
Blactara } id eſt, ceruſa vel blancta.

Blicare, id eſt, præſil præparatum/ Preſilg.

Blincta, Rote Erdt.

Bodagi, id eſt, aliud vas.

Bodid, id eſt, ouum.

Bof, id eſt, calx viua.

Boleſis, Corallen.

Bolus dicitur lutum, quod minerale nullum in ſe habet.

Bolus, iſt die Drüſen von der Schwärtze.

Bolus eſt coagulum ſpecificum, quod eſt eſſentiale, chymicũ, vt ſit

vt sit essentia quædam liberata ab impuris, & alienitatibus per coagulationis, quam necessario antecedit solutio, modum segregata, constitutaque, quomodo solent boli eluti in speciefieri, vt sit eis consistentia, & forma homogenea, qualis est bolaris, nouumq; etiam tabulis, id quod ad essentiam parum interest.

1. Bolus candidus Iuliacensis, ex luteo, ad quandam rubedinem accedens: vero bolo Armenio non dissimilis Iuliacensis.

2. Pannonicus verus, Vngerischer rechter bolus.

3. Luteus Theophrasti.

4. Bohemicus, & albus, & rubeus, inuentore Rudolpho II.

5. Annebergius, gebirgischer bolus.

6. Armenius verus, quem in magno pretio habet Turcicus Imperator. Vtuntur eo Turci contra febres, pestem & anginam.

Bolus Armenus, terra carpentariorum, Rötelstein.

Bolus Armenus; Magna eius copia prope Villacum, & Halberstadium reperitur, durus & puniceo colore quamprimũ terra remouetur. Quidam ita vocant hæmatiten, Blutstein/ oder Rötelstein.

Bolus Indiacus, id est, al.

Bonati, id est, vitreati.

Borades, id est, limatura.

Borax ist chrysocolla, wie batrachium.

Borax ist ein Gummi/ darmit daß Silber vnnd Gold consolidirt wird Et vocatur attinckar naturale.

Borax petrosa, id est, Feltsrich Borras.

Borax, capistrum auri; Heist Arabisch Tinckar.

Borax, id est, efrenitrum attinckar, vel nitrone.

Boraco vocatur etiam capistrum auri.

Boreas, Carbas, Ostnort.
Boritis, Ist der weise Stein/ nach der Schwartze/ macht das Ertz zu Wasser/ Turba fol. 31. 32.
Botamum, id est, plumbum votum.
Botus, botia, botus barbatus, Ist der Cucurbith.
Botus barbatus, id est, vas super vas, in quo funditur aurum.

Botus barbotus { Vas fusorium; Descensorium. Crasibulum. Iunco factum ad fundendum.

Botin, butimo, est terpentina: item balsamus terpentinæ, quando certo suo tempore colligitur secundum illinc influentiam balsamicam. Terpentin/ so nach seiner balsamischer influentz gesamblet wirdt/ oder Terpentin Balsam: quum plus virium a cœlestibus hausisse putatur.
Bothor, cossi sunt apostemata parua in facie, pustulosa, candida, papulæ facies, boæ, cezesmata, pyrhedones, Seirlin oder Weißbläterlein im Angesicht.
Botium, apostema siue excrescentia in gula, vt struma, Ein Geschwer oder Bergewachs in der Gurgel/ als ein Kropff.
Boxus, viscus in arbore nascens, Mistel.
Bractea, Item cuneus ferreus latus, Feder.
Bracteæ, laminæ, soleæ, Blech.
Bracteæ ferreæ, Platten.
Bracteæ simul iunctæ, Schloß.
Bracium, id est, cuprum.
Braricia, id est, vitrum.
Brase, id est, carbones.
Brassatella vel brassadella, ophioglossum, lingua serpentina, lanceola, lingulaca & lancea Christi, prope Argentoratũ satis abunde reperitur: Naterzünglin/ vnsers Herrn Spärkraut.

Brelisis,

Brelisis, id est, Katanos.

Brumati terreum, id est, vas vitreatum.

Brunus, Brimus, ignis S. Antonii, ignis sacer in membris, erysipelas; erythopelas, pyragrion, S. Antonis Fewer / Glockfewer / Rotlauff / die brennend raach / die Rosesse.

Bruta est vis quædam influentiæ cœlestis, quæ per animalia bruta rationalibus manifestatur, vt in Chelidonia per hirundinem, in sale per Ciconiam clysteris vsus. Verborgene Krafft der Himlischen influentz, so durch das Viech geoffenbaret wirdt.

Buccellare, id est, cibare vel bucorlare.

Buccellare, id est, frustillare.

Bulbus bulbi, id est, cæpa marina, & bulbus, idem credo, quod sit squilla, Meerzwibeln.

Buccatum, id est, vitreatum.

Bulga, in quam bacillo agitatæ aquæ infunduntur, Streichbulge.

Bulgarum gubernator, Streicher.

Bulga per se hauriens aquas, Reinge bulge.

Busta, id est, cocta cum veneno.

Burina, id est, pix.

Burac, id est, omne genus salis, alii vero distinguunt, vt Baurac, denequat, borago, borax, vritar, angar.

Butiga siue gutta ruonia vel rubea est inflatio totius faciei, Das gewück.

Butyrum Saturni, althei plumbi, id est, dulcedo, Die süsse deß Bleyes.

C

CAb, id eſt, aurum.

Cabala, Cabalia, Ars Cabaliſtica, eſt ſcientia occultiſſima, quæ diuinitus vna cum lege Moſi tradita fuiſſe fertur, quæ nobis Dei doctrinam de Meſſia patefecit, cum angelis amicitiam cultoribus ſuis contrahit, rerumq; naturalium omnium cognitionem tradit, ac diuino lumine mentem pulſis tenebris illuſtrat. Vox eſt Hebræa, Latine dicitur Receptio: quod vna cum lege, quam poſteà ſcriptam populo tradidit, ſecretiorem quoq; & veram legis Enarrationem Moſes in monte diuinitus acceperit, quam ſcribere nefas erat: Sed ordinariis reuelationum ſucceſſionib. alter ab altero, q. hereditario iure reciperet, neque prophana multitudine diuina myſteria cognita vileſcerent aut violarentur. Perſæ fuerunt diligentiſſimi huius cultores: vt patet ex appellatione ſuorum ſapientum. Magos vocant ſuos ſacerdotes & arcanorum peritiſſimos viros, quales fuerunt illi tres, qui Bethlehemum ex Oriente Chriſtum adoratum venere, & non reges, vt ſtultum vulgus hactenus exiſtimauit. De hac multa Reuchlinus noſtras, & Picus Italus Mirandulæ Dominus, & Petrus Galatinus copioſiſſime ſcripſerunt. Quin idem Galatinus aſſerit, veteres Rabinos per hanc Cabalæ ſcientiam Trinitatem Chriſtumq; Dei Filium agnouiſſe.

Non igitur ſtulta eſt multorum opinione ars, ſed potius ſcientia certa & cœleſtis, per quam Theophraſtus, vt de ſe ipſe ſcribit, Dei beneficio doctrinam ſuam conſecutus eſt, neq; a ſpiritib. malis quidquam habuit: quare falſò hac calumnia ab inuidis grauatur. Hoc tamen concedo, etiam hanc ſcientiam apud multos in abuſum deueniſſe, veluti alias quoq; artes.

artes. Scribit enim Theophrastus, Hebræos semper degenerasse, vt in doctrina Dei, ita etiam in hac scientia. Quare in veram postea sciētiam, falsamq; artem diuisa Cabala fuit. Accessit etiam literalis, quæ merito inter artes incertas numeratur, præsertim si ex Hebræo fonte non procedat. Vera enim Cabala in S. literis suum habet fundamentum.

Cabala Ist ein heimliche Kunst / dem Mose von Gott verliehen / die er nachmals ohn Schrifften / auff seine Nachkommene hat von Mund zu Mund lassen kommen / welche durch Erkandtauß deß göttlichen Wesens / aller Geschöpff Kräfften wunderlicher Weiß kan wissen / vnd jhm vnd anderen zu Hayl gebrauchen.

Caballi, Cabales, Lemures sunt & astralia corpora hominum, qui immatura morte ante prædestinatum vitæ curriculum interierunt: Illi post oberrare putantur super terram, donec terminus vitæ prædestinatus completus sit, vt quod viuere debebant corporaliter, spiritualiter adimpleant, si credere fas est, veræque religioni Christianæ non dissonum esse comperiatur e S. scripturis, vnde petendus lapis lydius, quo reprobatur omne, quod non conflatum ex auro Euangelico.

Cabalatar, id est, sal nitrum.

Cabebi, id est, squama ferri.

Cabeh, idem cum Cabebi.

Cabel, id est, stercus.

Cacabus, id est, vas continens chores tres, alias Eine Pfanne.

Cacedonium tartarum, est materia peccans in corpore humano, generata a separationibus facultate segregatiua, non succedente mox expulsiua, Kacedonischer Weinstein.

Cachimia, Weisse Silber Kreiden.

Cachimien, seindt wie Schaum vom Fleisch / ringer Krafft / Feind vnd Rauber der Metall / mag nichts darauß gemacht

werden. Als margasith, rot Sonn vnd weiß Mond. Kiß rot vnd weiß Koboldt/ Tucia, Oger ist der wust vom Veneris Spießglaß/perfect vnd imperfect, Arsenicalischer Schwefel im Leib deß Mercurii Talck / rot/ weiß vnd Gelb / im Leib deß Saltzes. Theophrastus de mineralibus schreibt also: Wißmath/Conterfin/vnd marcasith sind Spiritus, vermischt auß Venere vnd Mercurio. Wißmath hat ein irdischen Schwefel deß Martis Natur/Marcasiten werden in allen Geschlechten gefunden/ vnd sind als ein vberfluß der Metall: Der materi ist zu viel / kan nicht zu Metall werden / wann der Archæus scheiden soll/ also seindt auch die Cachimien, vnvolkommene Metall/errores, monstra in Marcasiten, Ist mehr Venus vnd Mercurius in den Cachimien, ist mehr Saltz/ vnd ist fixer vnd besten Diger/ als der Marcasith.

Cacia ferrea, id est, cochlear ferreum. Cadaria, id est, Tutia.

Cadmia Est duplex: scilicet natiua & factitia.

Cadmia natiua iterum est duplex: scilicet vna, quæ reperitur in montibus & riuulis, & nonnunquam torrentibus. Et vidi aliquando inuentam Cadmiam in Torrentibus Westphaliæ; de qua Cadmia loquitur forsitan Galenus. Alii disputant esse Irim gemmam. Nihil tamen hic ego sine iudicio affirmare nec ausim, nec volo. Altera Cadmia natiua reperitur in fodinis metallorum, fossilis & lapidosa: vt cernere licet in valle ad fodinam, cui nomen est Veronæ. Estq; ille lapis, quem Germani vocant, Den Kobalt/ nomine dæmonis, qui ædes inhabitat aliquando, vt in Saxonia vidimus. Plinius lapidem ærosum vocat. Et ille lapis, seu illa Cadmia natiua, fossilis der Cobalt, non multum differt a pyrite, seu marchasita, Von dem Kiß oder Kupfferstein: estq; illi ferme similis. Succi, ex quibus pyrites & argentum fiunt, videntur concreuisse in vnum corpus, atque ita id natum,

tum, quod vocant Cobaltum. Sunt qui idem cum pyrite esse censent: quia eadem illi fere insunt, quæ pyriti. Sunt, qui specie distinguant. Nam insignem corrodendi vim habet, vt manus & pedes operariorum exedat: quod minime facit pyrites. Vnde bene Plinius inquit libro tricesimo quarto, cap. 10. Cadmiam lapidem, ex quo æs fiat, per sese esse medicinæ inutilem: sed fieri vtilem tum, cum Cadmia fiat factitia. Cobaltum autem, seu natiua illa Cadmia, fossilis, quoad colorem, reperitur triplici modo in fodinis. 1. Cobaltum est nigrum, Schwartzen Cobalt. Hoc videtur primum notum fuisse Germanis. Nos enim vocamus nigros illos visibiles dæmones, habitantes in ædibus, & præcipue in culinis. Vnde propter colorem forsan hoc metallum sic vocant, So schwartz wie ein Kobaldt. Si hanc etymologiam non concedes, dicam, quod habeat nomen ab euentu aliquo, at fabuloso. 2. Cineraceum äschfarb Cobaldt. Et hæ duæ priores species communiter reperiuntur. 3 Ferrei coloris. Hoc non adeo vulgare. In Thuringia hanc speciem aliquando reperi in fodinis illis antiquissimis versus ortum hyemalem a Germanis. Eisenfarb/ Cobaldt. Quodcunq; vero ex his, argento magis, quam pyrites abundat. Dioscorides has species natiuæ Cadmiæ non nouit. Quod patet ex his verbis libro quinto, cap. quadragesimo, cum inquit: Nec desunt, qui Cadmiam in lapidum fodinis inueniri tradant, falsa quadam lapidũ cognatione, &c. Docet autem quomodo in Cypro e monte, qui soli incumbit cremato lapide, cui sit cognomen pyrite, cadmia extrahatur: deinde quomodo illa differat a lapidibus cognatis, qui mentiantur Cadmiam, scilicet pondere, sapore, masticatione demum, contritione & coitione, vstione & colore, quem prodit.

Quæ ſit illa Cadmia natiua foſſilis Dioſcoridis ex cremato pyrite in Cypro, ignoratur iam, quoad ego ſcio: e contra illæ Cadmiæ noſtræ foſſiles illi ignotæ fuerunt.

Lapides autem, qui mentiuntur Cadmiam noſtram, etiam apud nos reperiuntur in noſtris fodinis, plurimis locis. Etiam Salueldiæ reperiuntur quidam ferrei coloris: at ſunt ſteriles, deinde vim erodendi non habent. Simplices homines, qui talia ignorant, pro vera tales lapides habent Cadmia, & egregie falluntur. Ceterum nota & quod lapis ſit alius, quam hæc vera Cadmia, qui hodie a nonnullis dicitur terra Cadmia, & lapis Calaminaris, a Germanis Galmey. In quibuſdam locis imbecillis admodum, in quibuſdam pondere tantus, vt pro vera Cadmia haberi poſſit. Natiua vero Cadmia hodie in officinis noſtris omnino non cognoſcitur, vt & quidem omnis Cadmia factitia: niſi botryites, quæ Tutia Arabum dicitur: ſicuti illa Alexandrina, vocatur Tucia dura vel ſolida. Verum Botryites Cadmia alia res eſt, quam Tutia, ſicuti teſtantur Arabes, vt Serapio. Nam ſpodium eſt Tutia, licet loco tutiæ ea vti poſſumus, ſi præparata fuerit, teſte Serapione. Hinc Dioſcorides meminit Spodii & non Tutiæ, ne ita bis rem vnam poneret, & vnum caput bis repeteret. In ſumma id, quod Arabibus tutia eſt, græcis eſt pompholyx, & nobis ſpodium. Erratum eſt non viribus, ſed rebus. Quomodo vero differant ſpodium ſeu pompholyx à Cadmia capniti, mox dicam. Nempe differunt propter loca, vbi fiant: quãdo fit in oris fornacum, tunc eſt Capnitis: quando vero in ſummitate fornacum, tunc eſt pompholyx, Plin. l. 34. c. 1. æs fieri ſiue conflari inquit e lapide æroſo, quem vocant Cadmiam, in Aſia & Campania olim celebrem. Præterea docet ſuis temporibus inuentum in agro Bergomatium, & in Germania prouincia. Quo in loco

Plinium

Plinium simpliciter loqui de nostra Cadmia puto; & pulcre eum vocat lapidem æruginosum. Deinde patet & hoc, tempore Plinii cadmiam apud nos inuentam esse. Porro quod forsitan tum temporis fodinas agere Germani cœperunt. Ferrariæ enim & ærariæ fodinæ sunt antiquissimæ. Postea sub Othone magno plumbi nigri fodinæ cœperunt, & longo post interuallo argentariæ: cum Cornelius Tacitus manifeste scribat, Germanis olim nec aurum nec argentum fuisse, multo minus fodinas illorum metallorum. Est nunc eo peruentum, vt alma nostra Germania superet, imo longe post tergum relinquat ceteras regiones, copia metallorum omnium fere generum. Laus Deo Opt. Max. in Secula.

Cadmia factitia.

Cadmia factitia aut est substantia, tenuissimaque fauilla pyritis, aut alterius metalli, præcipue tamen pyritis, translata, aut egesta, in latera vel summas cameras fornacis, vbi fit successiue aliquot septimanis, vt testatur noster Dioscorides libro quinto cap. 40. Cum, inquit, gignitur Cadmia ex ære in fornacibus candente, fuligine egesta flatu, & lateribus camerisq; fornacum inhærente. Alii cadmiam sic definiunt factitiam: Cadmia factitia est substantia, cum ab ære iactantur sursum corpuscula cohærentia, per summa fastigia conuexa & concamerata, quæ dissident inuicem spissius, & in vnum globum seu corpus concrescunt: quod modo vnum genus factitiæ cadmiæ, modo duo, modo omnia continet. Verum illa est definitio Cadmiæ factitiæ, quam Acestidam dicunt. Diximus autem, Cadmiam fauillam esse æris aut alterius metalli. Fit enim Cadmia, & hæc quidem optima ex ære: item ex aliis metallis, vt ex auro ipso, verum illa nullius momenti est. Deinde fit & ex argento, quæ candidior, ac minus ponderosa est, nequaquam tñ. similis

ærariæ. Aes autem hoc loco proprie intellige ipſum pyriten: vnde præſtantiſſima dum coquitur, conflatur Cadmia. Goſlariæ præſtantiſſima fit illa Cadmia, quia non tantum argentum vel plumbum tenet, ſed omnia metalla. Si pyrites purus eſt, fit placodis & botryites: quando vero mixtus aliis, tunc omnis fit Cadmia. Dioſcorides laudat Cypriam & Botryiten. Sunt vero factitiæ Cadmiæ multæ ſpecies, quas partim docet Dioſcorides, partim alii, partim ipſa profert experientia: quæ etiam differunt ratione loci, vbi fiant: item & forma, vt docet ipſe Dioſcorides, & eius interpres Plinius. Verum vt adoleſcentes tales ſpecies percipere poſſint, ſubiiciemus eas ordine.

Cadmiæ Factitiæ ſpecies.

1. Eſt botryites quaſi acinoſa, denſa, modice grauis, & in leuitatem magis declinans, racemoſa facie, colore ſpodii: quæ facta cinerulenta eſt, & æruginoſa. Hęc & onichitis ſequens, vtiles ſunt oculorum medicamentis. Eſt & alia botryites, quæ ignota forſitan fuit Dioſcoridi: quæ fit aut caſu, in carbonibus rotundis: aut ex induſtria, in haſta ferrea, interſerta in fornacem. Nam eam flammula dum lambit, & ei adhęreſcit in rotundum, hinc fit botryites, quæ colligitur deinde. Et hanc Alexandrinam dicunt Cadmiam: quia illic plurimum fieri eam volunt, & vocant etiam Tuciam ſolidam, eſtq; ferme ſimilis corticibus arborum nonnullarum; Quæ fit per ſublimationem; quando fit Aurichalcum (vt vocant:) ita duplex foret, Tucia ſcilicet Alexandrina, & Tucia Arabica.

2. Onichitis, onichitæ lapidi ſimilis, foris cœrulea, intus candidior, internatis venarum diſcurſibus: cuiuſmodi ſunt, vt docet Dioſcorides, quæ e veteribus metallis effodiuntur.

diuntur. Quo in loco vetera metalla intellige, non fodinas ipſas, vt eruatur ex ipſis fodinis, ſed quod metallicæ ſit naturæ. **Er meinet nichts anders/dann die grossen alten schlacken hauffen/die jetzt wider geschmeltzt werden/ in denselben wirdt gefunden/** Onichitis Cadmia factitia.

3. Placodis, id eſt, cruſtoſa. Nam planis cruſtis conſtat. Inter has ſpecies eſt & quæ planitis ſeu Zonitis dicitur, quæ veluti cingulis apparet multiformis.

4. Oſtracitis, gracilis, nigra, ſed quæ teſtaceam faciem habet, terram amplexa eſt.

5. Capnitis, id eſt, furnaria, vel volatilis, quæque ferme ſpodion, ſiue pompholyx, ſiue nihili eſt. Reperitur in oris fornacum, & in ſummis fornacibus, & eſt parua differentia inter illa, imo vnum & idem ſunt ex eadem materia. Sunt iiſdem viribus quoque capnitis hæc Cadmia, & pompholyx: poſſunt tamen diſcerni propter diuerſa loca, vbi fiant. Capnitis hæc reperitur in oris fornacum, pompholyx vero in ſummitate fornacum. Hæ ſpecies valent ad Emplaſtra, & eſt omnium illarum effectus, adſtringere cum caliditate, quemadmodum & pyritis eſt ſtipticus, vt dicit Serapio. Præterea vis illarum eſt caua explere, ſordes expurgare, exſiccare corporis meatus, excreſcentias carnis coercere, cruſtas creare, vlcera ad cicatricem perducere. Quia vero hæ Cadmiæ valde ſunt calidæ & ſiccæ naturæ, vruntur & lauantur modis, quos præclare docet Dioſcorides, vt ſcilicet vtiles fiant ad emplaſtra, & alia medicamenta. O vtinam noſtri medici, præcipue chirurgi, Cadmias illas non ignorarent, ſed in vſum Medicum reuocarent. De his factitiis cadmiis vide Plinium libr. 34. cap. 10. vbi inquit:

Cadmia in fornacibus exſiſtit, aliamq; nominis ſui originem

recipit: fit autem egesta flammis, atq; flatu tenuissima parte materiæ, & cameris, lateribusq; fornacum, pro quantitate leuitatis, applicata scilicet:

I. Tenuissima est in ipso fornacum ore, qua flammæ eluctantur, dicta Capnitis exusta, & nimia leuitate similis fauillæ.

II. Botryites, duorum colorum: cinerei scilicet, & sic deterior: punicei, & sic melior. Hæc interior dependet Cameris.

III. In lateribus fornacum, quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potest, hæc est placitis crusta verius. Ex ea etiam fluunt duo alia genera, scilicet. 1. Onychites, extra pene cerulea, intus onychis similis maculis suis. 2. Ostracitis, quæ est tota nigra, & ceterarum fortissima, vulneribus vtilis. Omnis autem Cadmia in Cypri fornacibus optima est. Hæc Plinius.


Ceterum quomodo & lauari & aduri debeat Cadmia, item quæ vires Cadmiis, eundem ipse consule Plinium L. C. Vide & Galenum, Auicennam, & alios. Alii recentiores in his, vt de rebus ignotis, adeo turpiter sese dedere, confundentes hæc omnia in vnum chaos, vt pudeat pigeatq; me illos vel videre, vel legere. Estq; eo peruentum, vt non res ipsas considerarent: Sed rebus omissis tantum disputarent de nominibus. Bonus ille Vir, Simon de Ianua, Cadmiæ nomen docet, tribus rebus posse applicari, scilicet:

1. Fumo, quæ eleuetur a quolibet metallo, vt auro, argento, ære. Et hæc est illa Cadmia factitia proprie, de qua nos agimus hoc loco.

2. Lapidi Calaminari, qui vulgo marchasita dicatur, quo tingitur æs. Hic Vir bonus nesciuit, aliud esse lapidem calaminarem, & aliud esse marchasitam, id est, pyriten, vnde fiat æs, cuius species illa natiua Cadmia, quam Cobaltum dicimus.

mus. De quo pyrite etiam fit optima Cadmia illa factitia.
3. Quæ reperiatur in mineris metallorum, maxime æris. Et hæc eſt Cadmia natiua, de qua nos egimus. Ita vides, quam ſint hæc confuſa, & quod idem ſemel biſue dicat. In ſumma, natiua foſſilis noſtra Cadmia, eſt cobaltum noſtrum cum ſuis ſpeciebus. Factitia vero Cadmia optima fit in fornacibus ex pyrite, id eſt, ex marchaſita, ex ære ſimpliciter, vt dicit Dioſcorides. Habet autem nomina ſecundum loca vbi fiat: & ſecundum formam, qualis ſit colore, **Wir haben** Cadmiam natiuam in fodinis, **In den gruben / vnnd haben** factitiam in officinis, vbi coquuntur metalla, præcipue æs, **In den Schmeltzhütten / da man ſchmeltzet allerley Ertz / fürnemlich Kupffer.** Sed de his ſatis.

Cadmia est duplex



- Natiua
  - in montibus & riuulis quæ reperitur: de qua loquitur Galenus, quam disputant esse Irin Germanam.
  - Fossilis in fodinis, alias Cobaltum, Cobaldta German. dicitur. Estq; iterum duplex
    - 1. Nigrum.
    - 2. Cineraceum.
    - 3. Ferrei coloris.
  - Cob.
- Factitia
  - Fauilla & tenuissima substantia, ex
    - 1. ære, id est, pyrite.
    - 2. Argento.
    - 3. aliis metallis, vt auro

    Harum iterū sunt diuersæ species, quæ differunt ratione loci in quo fiant, deinde etiam forma dif cernuntur.
    - Botryites quasi acinosa, quæ falso nunc dicitur, Tutia. Hæc iterum duplex, vna facie colorem repræsentat spodii: facta vero cinerulenta apparet. Alexandrina, quæ fit casu in carbonibus, arte in hasta ferrea.
    - 2. Onichitis.
    - 3. Ostracitis.
    - 4. Placodis & Planitis.
    - 5. Capnitis, quæ fit in oris fornacum, alias foret pompholyx.
  - Acestis.

Cadmia Capnitis. Fornacum.

1. Cadmia Capnitis e furno fornacum ſublata, differt a foſſili, vt ſequentia declarabunt.
2. Cadmia alba, eſt materia venenata, quæ exhalat e metallis, & ſe parietibus quaſi affigit, cum metalla torrentur vel vruntur, **Weiſſer Hüttenrauch / hengt ſich an die wende / wenn man Ertz röſtet / oder ſchmeltzet.**
3. Lutea, **Gelber Hüttenrauch.**
4. Crolta, **Roter Hüttenrauch.**
5. Cinerea, **Grawer Hüttenrauch.**
6. Cadmia optima, quæ fit in ærariis fornacibus ex pyrite vel Cadmia metallica.
7. Parietibus adhærens in fornace, vbi venæ æris excoquuntur, **Kobelt auß dem Schmeltzoffen.**
8. Parietibus adhærens collecta de fornacibus, vbi vena argenti excoquitur, **Da man Silber ſchmeltzet.**
9. Parietibus adhærens collecta de fornacibus, vbi vena auri decoquitur.
10. Collecta de fornacibus plumbi candidi.
11. Cadmia fornacum impura, **Ober oder Mittel Offenbruch / vnreine Offenbruch.**
12. Quæ argentum in ſe continet.
13. Quæ plumbum candidum.
14. Cadmia æris, eius ſpecies in noſtris metallis reperiuntur, quibus Dioſcorides & Græci alii a forma ipſa indiderunt appellationes.
15. Placodes ſeu cruſtoſa.
16. Zonitis, quaſi cingulis diſtincta.
17. Onychitis, variorum colorum, vt ſunt venæ lapidis onychis.

18. Ostracitis seu testacea, quæ fere adhæret parietibus.
19. Botrytis, baccata, seu racemosa colore cinereo, quæ baccis racemi instar, a fornacum lateribus pendet.
20. Botrytis nigra, cui bracteæ colore æris purissimi adhærent, Darinn ein schön Flockkupffer.
21. Stalactica seu in stirias concreta.
22. Alexandrina, cuius nunc in officinis vsus est.
23. Ad Cameram.
24. Sublimata.
25. Atramentosa.

Cadmia Metallorum, quæ est fossilis.

1. Cadmia metallica foditur in venis Bohemiæ, & Misniæ magna copia: quam nostri metallici cobaltum nominant, vt & genus quoddam dæmonis metallici, Cobaltum: quæ voces quam notionem habeant, huius laboris non est inuestigare aut expendere.
2. Cadmia fossilis, quæ expers metalli, foditur in inferiori Germania, in Westphalia. A nostris vocatur Galmey / lapis Calaminaris.
3. Cadmia fossilis, siue lapis Calaminaris ignem non expertus, Ein roter Galmey.
4. Perfecte vsta. Excoquitur enim quaterdecies, donec ad tincturam ceterorum metallorum adhibetur, Galmey der viertzehen mahl gebrandt ist.
5. Vsta purissimâ mollis, Ein milter gebrandter Galmey.
6. Cadmia metallica cinerea, Ein natürlicher grawer Kobaldt.
7. Crustacea cerebri referens similitudinem.
8. Fossa Sonnebirbilii prope valles, plena sulphure, quæ accensa ardet, Kobeldt der brennet.

9. In

9. In qua argentum rude, rubrum, pellucidum, **Darauff durchsichtig rot Gulden Ertz.**
10. Nigra, glebosa, **Ein schwartzer stuckichter Kobelt.**
11. Cinerea, valde dura.
12. Ferrei coloris, crustosa.
13. Cinerea, ponderosa, friabilis.
14. Cinerea dura.
15. Cinerea leuis.
16. Similis plumbo cinereo natiuo puro, leuis, quæ facilime malleo in multas partes frangitur, **Ein sprõder Kobelt/ kleist wie ein gediegen Wißmuth.**
17. Dura, ferro polito similis, **Darinn Wißmuth.**
18. Cui innatum plumbum cinereum.
19. Fossilis, quæ in Westphalia in montibus & torrentibus reperitur aspectu racemosa.
20. Sulphurea.
21. Bituminosa.
22. Aurum in se continens.
23. In formam nudati cranei concreta, **Gewachsen wie ein entblõsset Hirn.**
24. Concaua plena pulueris integerrimi.
25. Fluida, durissima, ex quo succus venenosus indies efflorescit, **Ein harter geflossener Kobelt.**
26. Fluida in fluoribus quotidie exudans succum acrem coloris lutei, **Flüssiger Kobelt in gelben flüssen.**

Cadmia Cypria. **Kupfferisch Galmey.**
Cadmia acinosa, **ist** Tutia.
Cadmia item liquor candidus.
Casa camphora, **Gamffer.**
Cal est Arsenicum citrinum, item acetum.
Calamina, id est, Lapis calaminaris, **Galmey.**

Calcadis, id est, Vitriolum album. Al. sal alkali.

Calcanthos vel calcanthum significat 1. florem æris, 2. calcitidem, quæ species vitrioli. 3. vitriolum. 4. æs vstum, vel petrinum. 5. Vitriolū viride. Calcanthum & colcothar granulis atramenti & generantur, & nutriuntur. Sale soluto & ipsa soluuntur, quod est in Venere; Congelant frigore. Venus vero de quibusdam mineralibus in mineris participat. Si rubedo adsit, aquositas abundat, si viriditas, aer exsuperat.

Chal-

Chalcanthorum species sunt.

- 1. Chalcitis ipsa, id est colcotar & zegt & zeg citrinum.
- 2. Misy
  - Natiuum similitudine auri.
  - Factitium cum calchantum est, mutatum in chalcitida.
- 3. Melanteria.
  - 1. Fossilis.
  - 2. In faucibus cuniculorum maltria vel melatria dicitur.
  - 3. In summa facie cuniculorum bitria dicitut.
  - Arabes has volunt esse species colcotar, id est, chalcitidis.
- 4. Sory
  - 1. Aegyptiacum.
  - 2. Libyacum.
  - 3. Hispanicum.
  - 4. Cypriacum.
- 5. Diphrygis, cuius iterum duo sunt genera.
  - Natiuum, cuius nos duas habemus species:
    - 1. Die Saw Istebiæ.
    - 2. Gernsterstein.
  - Factitium
    - Fæx æris
    - Pyrites concrematus.

Metamorphoſis, tranſmutatio, ſeu transfiguratio talium mineralium artifice natura ipſa.

Magna eſt cognatio floris æris, id eſt, æruginis æris, ſecundum recentiores; & chryſocollæ, & vitriolorum, & reliquarum eius ſpecierum.

1.		2.			
Zeg viride vel Atramentum ſutorium, vel vitriolum vel chalcanthum natiuum mutatur vel tranſit in	1. Miſy facilime 2. Chalcitin ꝓ parte exteriori, cũ int⁹ adhucſit atramentũ ſutoriũ, lõginquitate tẽporis. 3. Filamenta cum veteraſcit, & fit chalcitis factitia, & iterũ, chalchanthũ mutatũ in chalcitin fit factitium miſy	Chalcitis zeg citrinum melleum ſecundum Plinium caloris æris ſecundum Dioſcoridem Colcotar, vel zegi ſecundum Arabes: medium inter marchaſitã, id eſt, zeg nigrum, vel pyriten, vel atramentum nigrũ, & inter vitriolũ, i. e. zeg viride vel chalchanthũ, inueterata ſcili. mutatur & tranſit in	Sory facile	Sory autẽ & melanteria contra tranſeũt in	Chalcanthũ leucon, id eſt, candidum.

Calcantum

Calcantum, Calcadis, ſpecies atramenti.
Calcaton, id eſt, trochiſci de Arſenico.
Calcitheos, ærugo æris, item marckaſita.
Caldar, ſtannum.
Calcata, id eſt, atramentum citrinum.
Calcatar, Colcotar } atramentum rubeum.
Calcadinum } Vitriolum.
Calcithos, id eſt, æs viride.
Calciteosa, calcitheos, id eſt, lithargyrum.
Calcocos, id eſt, æs.
Calceus ſiphonum, Pompenſchuch.
Calcitari, id eſt, ſal alkali, alkael.
Calendulæ, Gelb / Saffrangelb.
Caleruth eſt indicium deſiderii ad primum perpetuum, vt cum quippiam in primam materiam redire cupit, ex qua prodierat.
Cali, id eſt, cinis clauellatus, Weydäſchen, item alumen Iameni.
Calcidicum, id eſt, medicamen de Arſenico.
Callecamenon, Calcucementum caſticum, id eſt, æs vſtum, calcutium, coſticium, calcute, Endebaſtum.
Callena ſpecies ſalis petræ.
Calmet, coſmec, id eſt, Antimonium, coſmet, caſmet.
Calufax, id eſt, oleum Indi.
Caluſa Cyptas, cryſtallus, Spedres idem.
Calcinatio, Wann die materi wie Kalck ſchneweiß / hitzig vnnd dorſtig iſt / vnd das iſt der Drach / der das Waſſer ſäufft / daran er ſtirbet vnd berſtet / dann diß iſt die Scheidung Leibes vnd der Seelen bleich oder weiß vnd Todt / darauff kompt die Aufferſtehung vnd das Leben / durch die Röhte.
Calcinatio corporum, id eſt, combuſtio, quæ fit igne maiori,

vel est rerum coagulatarum in calcem solutio. Estq; calcinatio duplex, vel Corrosionis, vel Ignitionis.

Calcinatio corrosione sicca, est, quando corporibus calcinandis non humor, sed eius in locum corrodentes materiæ siccæ adiunguntur, quibus calcinantur: Estq; cœmentum & commixtio.

Calcinatio corrosione vaporosa, est, quando corpora metallica in tenues laminas redacta, per acrem corrodentemq; fumum calcinantur. Sed diuersi sunt vaporosæ calcinationis modi. Aliquando enim corpora laminata super aquis fortibus, aliquando super aceto vel recrementis vuarum pressarum suspenduntur: aliquando, præsertim nobiliora metalla, plumbi fusi vel argenti viui afflatu fragilia redduntur & cōminuuntur: aliquādo alii, quos hic recensere singulos longū foret, modi adhibentur. V. G. Chalybē in crocum subtilem per vaporosam corrosionem redigere gestiens ita procedo. Primum paro aquā fortem ex salis petræ & vitrioli ad albedinem calcinati partibus æqualibus, eamq; in cucurbitā vitream fundo. Post in cucurbitæ superiore parte laminas chalybis suspendo, lutoq; orificium vasis obduco, ne spiritus aquæ fortis vllo modo exhalare queant, ac viginti quatuor horas in arena calida vaporare permitto. Deinde apto vase, laminas eximo, quibus crocus vel puluis subtilissimus adhæret, quem lagopode detergo. Porro laminas iterum in dicto vase suspendo & superiore modo procedo, idq; tantisper donec nullus crocus vlterius a spiritib. extrahitur, aut in laminis reperitur. Sic plumbum super aceto suspensum calcinatur in cerussam, sic cuprum super recrementis vuarum: atq; ita reliqua metalla vaporibus corroduntur.

Calcinatio humida inmersiua est, quando corpus liquori alicui immergitur, qui corrodat, indeq; calcinet: perficiturq; amalgamatione, aut præcipitatione.

Calcina-

Calcinatio reuerberii eſt in calcem ſolutio. Calx autem generali ſignificatu eſt puluis quilibet in partes impalpabiles cõminutus, quem & alcool nuncupare conſueuerẽ. Itaq; ſub ſe comprehendit calcem propriedictam, Alcool, quod eſt a leuigatione, cinerem & corroſionis atoma.

Calcinon per reuerberium eſt duplex:

Calcinatio ſpecialiter dicta, & cinefactio.

Calcinatio ſpecialis eſt, qua principaliter dicta calx in combuſtione reuerberante efficitur. Itaq; & Græcis aptius appellari poterat τιτάνωσις, quod τίτανον efficiat, cuius ſpecies quædam ἄσβεστος, quam inexſtinctam ſeu viuam e calcario lapide cõfectã nominant. In hac vel res ſolitaria calcinatur, vel cũ additamentis combuſtionem penitus adiuuantibus, vt ſunt ſulphur, nitrum, &c. q̃ tunc adiicimus, cum valida admodum eſt indomitaque rei compages. Alioquin volatilia citius diſſiparentur, quam a flãmma vincerentur fixa. Sed ſpiraculum debetur nitroſis, vt vas ſit tutum.

Calcinatum maius dicitur omne, quod non natura, ſed arte ſpagyrica dulce factum eſt, vt Mercurii dulcedo, plumbi vel eius anima vitrioli, ſalis: quæ celerrimæ ſunt conſolidationis. Alii aliter intelligunt: **Der groß** Calcinat **iſt / was ſüß iſt gemacht durch Kunſt / dienſtlich zu einer ſchnellen wunderbaren Heilung / alß die ſüſſe Mercurii /** Vitriol, **Saltz vnd dergleichen.**

Calcinatum minus eſt omne, quod a natura dulce eſt, & celeriter curat, vt mañа, mel, ſaccharum, tereniabin, noſtoch, &c. **Der klein** Calcinat **iſt alles / was von Natur ſüß iſt / vnnd eine ſchnelle Heilung hat / alſ Zucker / Honig / Manna /** Tereniabin **vnd dergleichen.**

Calcitis, calticis, calcota, id eſt, atramentum rubeum.

Calcokeumenos, æs vſtum, **Kupfferſchlag.**

Calor artificialis dicitur, qui ad artificis nutum, accendi, dirigi, & adminiſtrari poteſt. Calor hic ſimplex eſt, aut mixtus.

Calor ſimplex eſt, qui vni duntaxat operationi, ſiue illa ſit digeſtionis, ſiue ſeparationis, inſeruit.
Calor naturalis eſt, quando radii ſolares, vel per ſe materiam ſibi applicatam excoquunt, vel in ſpeculo concauo collecti rei applicantur. Huius ignis ſuus vſus eſt apud artifices. Poſſumus enim hoc diſſoluere & calcinare; imo nonnulli illum in lapidis philoſophici præparatione adhibendum eſſe autumant: quam opinionem ſuis autoribus relinquentes, eum tamen non negligendum eſſe cenſemus.
Calor cinerum eſt, quando partes fixiores per cineres eliciuntur. Hic medius eſt inter balnei & arenæ calorem: proinde illius ope non modo ſubtiliores, & ad naturam aqueitatis ſimplicis approximantes ſubſtantiæ propelluntur, ſed etiam colores & fixiores partes eliciuntur.
Calor fimi eſt, quando vaſe in fimo poſito, materiamq; continente, digeſtio fit. Hic calor multi vſus eſt apud artifices in infundendis, digerendis & putrefaciendis rebus. Adhibetur interdum fimus equinus, in quo vas ſepelitur, aliquando vas ligneum fœno, vel ſtramine impletum, cui vapor e feruente aqua applicatur, fimi in locum adhibetur.
Calor digerens eſt, quo materia diſſoluenda digeritur, id quod aut athanore, aut fimo perficitur.
Calor fortis, eſt, quando igne intenſiori & auctiori res ſeparantur. Eſtq; impeditus aut liber.
Calor impeditus eſt, quando ignis a materia vel vaſe, ne illud proxime tangat, ab alio vaſe impeditur: Eſtq; arenæ vel ſcobis.
Calor arenæ, medius eſt inter cinerem & ſcobis ferri, eſtq; quando vas materiam continens in catino arenario arena circundatum ſubſtantiam fixiorem, quam cineres propellere nequibant, protrudit. Vbi aduertendum eſt, arenam ſubtilem

ſubtilem, nō adeo violentum calorem præbere, quam groſſam.

Calor ſcobis, aut ſcoriæ ferri ſuperiore intenſior & aperto vicinior eſt, quando ex ſcobe vel ſcoria ferri res propelluntur.

Calor Liber eſt, qui proxime materiam, aut vas materiam continens tangit. Hoc calore proliciuntur, quæ contumacius liquorem emittunt, ſiue id fiat ob ſiccitatem & paucitatem, ſiue, quod ob viſcoſitatem & homogeneitatem ille terreis partibus pertinacius adhæreat: taceo quod calcinationi, fuſioni, & aliis operationibus inſeruiat, eſtq; Carbonum vel Flammarum.

Calor carbonum, eſt, quando calor prunarum flagrantium materiam, vel vas proxime tangit. Huius vſus eſt in infuſionibus, cæmentationibus, probationibus, calcinationibus & diſſolutionibus.

Calor flammarum, eſt quando adhibito conueniente alimento, flammæ materiam attingunt. Hic calor vocatur ignis viuus, quo reuerberantur & calcinantur omnium metallorum corpora, nec non ſpiritus tandem propelluntur.

Calor veſicæ leuis eſt, quo ex materia veſicæ impoſita, applicato alembico ſubſtantia humida prolicitur.

Caliette ſunt fungi flaui in plantis iuniperorum.

Calx in chymica ſignificatione eſt puluis quilibet, per ablationem ſuperfluæ humiditatis, in partes tenuiſſimas, & quaſi impalpabiles comminutus.

Calx viua non exſtincta, asbeſtos, fit variis modis. In quibuſdam locis fit lapidib. vel calculis litoralibus, coloris cæſii vel cinerei candidiue: cuniculis nempe actis in agris ad litora, vel ſimpliciter collectis calculis ad litora, aut etiam erutis propriis fodinis: vt fit ad Salam, & aliis locis, **Auß den Kalckbrüchen vnd Bergen.** Fit & ad mare ex teſtis oſtreæ & mar-

morum buccinorum : & de corticibus ouorum, vt pro parte docet Dioſcorides lib. 5. cap. 80. & Plin. l. 36. c. 29. & 24. It. l. 33. c. 5. lib. 17. c. 8. vbi de calce agit. Eſt autem calx viua, Der vngeleſchte Kalck/ duplex, coloris candidi & cœrulei. Vis omnium eſt adurens, ignea, mordens, cruſtas inducens. Vrit in ſumma, diſcutit & extrahit. Odit naturaliter aquam, qua accenditur, amat oleum, quo etiam facilime commiſcetur. Vid. de calce & Serapion. l. aggreg. cap. Horach.

Calx exſtincta, Abgelöſchter Kalck.

Calx fixa eſt materia permanens & incremabilis : fix Kalck/ ein materi die nit vergehet oder im Fewer verbrennet.

Calx lignorum ſunt cineres eorum, qui in vitrum aut aliam materiam non conuertuntur, ſed cineres manent : Holtzaſchen/ die nit in Glaß oder ander materi verwandelt wirdt/ ſondern bleibet äſchen.

Calx manica alba, eſt calx alba peregrinorum, vel ex oſſibus piſcium maiorum albis vel conchis marinis, quas in pileis geſtant, confecta, Kalck auß den groſſen Fiſchbeinen oder Muſcheln/ ſo man an den Hütten trägt/ gemacht.

Calx Solis, Goldkalck/ aurum calcinatum.

Calx Lunæ, eſt argentum, calx argenti, vel azurinus flos eius, Silber Kalck.

Calx Mercurii, eſt Mercurius præcipitatus.

Calx Veneris eſt viride æris, Spangrün.

Calx Martis, id eſt, crocus chalybis vel ferri, Die röte vom eiſen.

Calx Iouis, eſt ſpiritus Iouis, Zinnkalck/ darinn deß Zinß Geiſt ſteckt.

Calx Saturni, minium, Oder Bleygeel.

Calx peregrinorum eſt tartarus.

Calx maior, Von Eyeren.

Calx aſſata, alumen ex pomis.

Calx

Calx peregrinorum, Auß Müscheln oder Fischbeinen.
Camet, Cames, id est, argentum.
Caminus, Glocke.
Cambill, rohte Erdt.
Cambuca est bubo, vlcus pudendorum vel apostema, panus inguinis, Schlier / Drüsen neben den Gemächten.
Canalis longus, Röte.
Canaliculi, Rise.
Canalis, Rinne / Mülwinckel/da er auffschüttet.
Canales Cuniculi, Wasserseige.
Canaliculus, Gerinlein/ Item / Rinklein.
Cancelli, Gatter.
Canales recludere, Auffziehen.
Canalis & canalis deuexus, Schlemgrabe.
Canales occludere, Vorschutzen.
Canaliſculus, Kerbe.
Canales aquarii, Wassergerinne.
Canalis caput, Herd Trog.
Canalis tranſuerſus, Ruergerinne.
Cancinpericon, id est, calidus equi fimus.
Canna, ſiphunculus, Röhrlein.
Canfora, ist Gummi eines Baums.
Cantacon, id est, crocus hortulanus.
Canutum, i. e. calamus vel canna, cannutum, idem, Ein Rohr.
Canze, Carnit, Canna, Cuſanum, varia vaſorum genera.
Capillus, id est, lapis Rebis.
Capiſtrum auri, id est, borax.
Capricornus, Bley.
Capſa, Kumpff / Item, Rolle. Item cuius fundum est filis ferreis contextum.
Capſa patens, Kaste / Kastenreder.

Capſa putealis, Klawr.
Capſæ, in quas venæ diſtribuendæ iniiciuntur. Item, Trunen.
Capitellum, id eſt, aqua ſaponis Seiffen Waſſer / Lixiuium Lauge.
Caput areæ, Herdts Haupt.
Caput fodinarum, & area capitisis fodinarum, Fundgrube.
Caput fodinarum aduerſum, Gegen Fundsgrube.
Caput follis, Balg Haupt.
Caput pili, Purtzer / Purtzeisen.
Caput canalis, capſa breuis patens, Durchlaß.
Carbones cœli, id eſt, Stellæ.
Carbunculus eſt vlcus peſtilens: idem fere quod anthrax, niſi quod hic illo eſt crudelior, e craſſo atroq; ſanguine celeriter eſcharam faciens, Peſtilentzisch Geschwär / Blutſinne / das Fewer.

2. Sumitur pro gem̃a, habetq; nomen ab ignis ſimilitudine, cũ ipſe ignẽ non ſentiat, ꝑpterea apyruſta dicitur, vel apyrotus. Et carbunculus proculdubio eſt pyropus. Vnde Ouid. fingit 2. Met. domũ & aulam Solis factam. Horũ carbunculorum ſpecies ſeu genera ſunt varia. Primum ſunt Carbunculi Indici & Garamantici, quos carchedonios vocant. Indici ſunt ſordidi, fulgoris retorridi. Ex his, qui languidius, liuidiusq; lucent, vocant liuicontas, & ſunt carchedoniis veris multo maiores. Secundo ſunt Carbunculi Aethiopici pingues, lucem non emittentes, flagrant conuoluto igne. Tertio ſunt Alabandici ſcabri, reliquis nigriores. Quarto naſcuntur & in Thracia in Orchomeno Arcadiæ, teſte Theophraſto, & in Chio nigriores. Quinto ſunt Træzenii varii, interuenientib. maculis albis. Sexto ſunt Corithii ex pallido candidi. Ceterum in omni genere maſculi appellan-
tur

tur acriores, & flammæ liquidioris, nigrioris, lucidioris, ac in Sole flagrantis. At fœminæ refulgentes languidius. Optimi carbunculi sunt amethystizontes, id est, quorum extremus igniculus in amethysti exit violam.

Proximi his sunt syrrytæ pinnato fulgore radiantes. Callistratus (Plinio citante) fulgorem carbunculi debere esse candidum posuit, extremo visu nubilantem: & si ita extollatur, exardescentem, propterea carbunculum candidum vocari. Postremo Plin. libr. 37. cap. 8. Carbunculi speciem facit anthracitim, fossilem in Thesprotia, carbonibus similem. Græcos multas res anthracas vocare patet: scilicet venam minii, hæmatitem gemmam, & ipsum carbunculum: cuius proculdubio species est rubinus, quem alias dicere possumus lychniten, &c. Huius anthracitidis idem Plinius speciem esse dicit præcinctam candidis venis, & horum lapidum colorem esse vt superiorum, iactatos in ignem quasi intermortuos exstingui, contra perfusos aqua exardescere: & his cognatam gemmam Indiacam sandastron, seu garamantiten, quæ & in Arabia nascatur: cuius in translucido intus fulgent aureæ guttæ. Postremo huius generis lychniten esse docet, quæ in Caria & Orchosia nascatur, & probatissima in India, & esse remissiorem Carbunculum, cuius species vna radiet purpura, altera cocco, & excalefactas digitorũ attritu, aut Sole paleas attrahere. Lychnitis speciem dico rubinnm nostrum. Et Albertus ipse testatur, Carbunculum anthracem dici a Græcis, & illum lucere in tenebris tanquam carbonem, superfusa aqua limpida clara, in vase vitreo, mundo, polito; eiusq; species varias esse secundum patriam, & ipsum splendorem ipsamq; substantiam. Porro habere eum virtutem omnium lapidum aliorum: præcipue contra venenum & toxica. Apud nos in nostris fodinis gem-

mæ inueniuntur, quæ tamen igne ſoluuntur in aquas, referentes propemodum carbunculos. Notãdum etiam & illud: Albertum deſcribere gemmam, quam vocat pelagiam, forſitan a genere purpurarum, cuius Plinius libr. 9. mentionem fecit. Hanc dicit eſſe rubei coloris tranſparentis, & eſſe fœminam carbunculi, ſeu eius palatium, quia in matrice eius gemmæ crebro reperiri carbunculum. Et reperiri etiam lapides, qui pro parte ſint pelagii, pro parte carbunculi. Quæ reſtant de carbunculo conſule Plin. & alios. Vide & de anthracitide & lychnite Solin. in polyhiſt. c. 40. & 55.

Carbunculus aliis,

1. Miſenus, qui in riuo ſupra Hoeſteinam reperitur, **Ein Meiſniſcher Granat.**

2. Zeblicius, qui effoditur e colle oppoſito lapicidinæ, ex qua ophites eruit', & q. in vicino riuo copioſiſſime inuenitur.

3. Æthiopicus, **Ein Orientiſcher Granat.**

4. Paruus ruber. **Ein Spinell.**

5. Amethyſtizon. **Ein Rubin.**

6. Lychnites, **Ein gilblichter Rubin.**

7. Adulterinus, combinatis cryſtallis, cum vſitata tinctura, ſimilis Amethyſtizonti.

8. Alabandicus ex Aſia, **Ein Almandin.**

Cardanum, **Garten Saffran.**

Cardis Mars, **Eyſen.**

Cardonium vinum, i.e. herbis medicatum, **Kräuter Wein.**

Carena eſt viceſima quarta pars guttæ.

Carium terræ, **Leim.**

Carmiti, id eſt, obulus, **Heller.**

Carſia, id eſt, aqua ſalis.

Caſa, quam habitat præſes fodinæ, **Zech Hauß.**

Caſeus præparatus eſt reſidentia viſcoſa manens in fundo lactis

ex ca-

ex caſeo defluentis, Das dick vnnd zäh am Boden/ von der Käßſuppen.
Caſpa, Kothtrog.
Caſſidbott, id eſt, Coriandrum.
Caſtellum, Lacuſculus, Kaſte/ Waſſer Kaſte.
Caſſatum in ſpecifico diaphoretico, in archidoxis eſt ſanguis inualidus & emortuus in venis, obſtruens boni ſanguinis motũ & tranſitum. Erſtickt Blut in den Adern / ſo die Bewegung deß guten Bluts hindert.
Catellus fictilis, Scherbe.
Catena, Kette.
Catena ductaria, Heintzen Seil/ Eiſern Seil.
Cathimia, iſt ein Ader der Erden/ darauß Gold od' Silber wirdt genommen/ nach ſag etlicher Meiſter. 2. Cathmia, wächſt in den Gold oder Silber Offen. 3. aurum. 4. argenti ſpuma. 5. Der Rauch/ ſo ſich von der verbrennung deß æris vſti, an die obern Wändt anhängt.
Cathmia affidia, id eſt, Cathimia, deß Silbers nach der Farb deß lithargyrii, id eſt, plumbi vſti.
Cathmia, Glett/ Gold oder Kupfferſchaum. It. Silberſchaum.
Cathmia ferri, Sindelſtein.
Catillus, Pfännlein/ Spott.
Catillus ferreus ex acie temperatus. Eiſen geſtehlete Pfänlein.
Catillus cinereus, Capelle.
Catinus, Zargentigel/ Tigel.
Catinus arenarius (vulgo Sand Capell/) eſt vas terreum, in modum pilei rotundi, cum margine trium vel quatuor digitorũ, ex terra tenaci factum.
Catinus æreus, cortina Pfanne.
Catinus ferreus, Gießpurckell.
Catini media pars, Spöhr.

Catma, limatura auri.

Catrobil, id eſt, terra.

Catillus cinereus eſt vas fuſorium, ex cinerum de leui ligno elixatorum, & ab omnibus carbonibus, aliisq; ſpurcitiis defecatorum partibus duabus, nec non cinerum de oſſibus medulla carentibus (ne tamen de porcis, quæ ſummum diſpendium inferunt, deſumta ſint) optime tritorum parte vna, cum cereuiſia bona, ad maſſam madefactis, & probe inuicē commixtis in ſuo mortariolo paratum. Cineribus ſiquidem madefactis hoc mortariolum impletur, & piſtillum (vulgo monachus dictum) pulſibus tribus ligneo malleo factis in illud euditur, ac tandem inſperſis cribro ſetaceo cineribus, de capitibus vituli aut cornu cerui vnus atq; alter pulſus ſuperadditur, atq; vt areſiat, eximitur. Fit & in maiori forma catillus cinereus, qui in angulo ferreo formatur.

Cathochites. Veluti Magnes ferrum, ſagda lignum, pagates & ſuccinum, paleas attrahunt & retinent: ſic catochites carnes & manus retinet, innato gummi ſeu glutino lentiſſimo. Reperitur in agro Corſicano teſte Solino in polyhiſt. c. 9. & Plin. l. 37. c. 10.

Caua, Tülcklein/ Grüblein.

Cauda follium vectis, Galgſterzel.

Cauda vulpis rubricundi, eſt minium e plumbo.

Cauernulæ venarum, Drüſen.

Cauerna, Rahtſtube.

Cauernoſum, Drüſig.

Caurus, Mittelweſtnort.

Cautela in arte ſpagyrica, eſt, habitu comparata quædam induſtria, qua facilius obeunt ſuas operationes ac perficiunt artis huius Profeſſores.

Cauterium, Kautir eſt inſtrumentum chirurgorum, quo aperiunt

riunt cutem & carnes exustionibus in putridis & vlceribus obnoxiis locis: Est etiam medicamentum simplex corrosiuum, quo cutis absq; dolore fricatur: Grenteisen oder Fickeisen / damit man die Hendt auffetzet vnd ein Blattern macht. Oder ein Corrosiu, auff die gesunde Haut ohn schmertzen.
Cauum lignorum coniunctorum, Gleiß,
Cardir, id est, Stannum.
Cedria, Gummi Cedri.
Cedue, Lufft.
Celsa, musculus vitæ, pulsus per singulas partes corporis oberrans: Das Hertz.
Cementare, Cementiren, stratificiren, id est, alternis res quasdam ponere.
Cementatio est gradatio per cementum.
Cementum autem est materia mineralis acuta & penetrans, cum qua strata metalla ad cementandum reuerberantur. Ea vel simplex est, vel mista: & forma pulueris vel pastæ.
Cementerium, Der Aludel.
Cenificatum, cinificatum, calcinatum, Was calciniret ist.
Ceniplam vel cenipotam est instrumentum, quo cranium in Epilepsia aperitur, Damit man die Hirnschalen öfnet.
Centrum oui, id est, vitellum oui.
Cepa porci, squilla, Meer Zwibel.
Cerdac, id est, Mercurius.
Cepini, Essig.
Ceratio (hanc Geber 1. summæ perfectionis, cap. 54.) definit esse mollificationem rei duræ, vel succi non fusibilis ad liquefactionem. Dicitur autem hic modus Ceratio, quod medicinam Philosophicam instar ceræ igni admotæ facile liquescenem reddat. Quando enim Philosophi argentum viuum in aurum aut argentum conuertere volunt, necesse

est, vt habeant medicinam fluentem, quæ subito (vt Gebri verbis vtar) ante fugam eius, in profundo illi adhæreat, ipsiq; per minima coniungatur, & illud inspisset, atq; sua fixione in igni conseruet, quousq; adueniat illi maioris ignis tolerantia, eius humidatem consumentis, & conuertat illud per hoc artificium in momento in solificum & lunificum verum, secundum illud, ad quod medicina fuerit preparata. Fit autem ceratio, quando corpus siccum & durum suo humore, reiterata frequenti imbibitione, perfunditur. Signum perfectæ cerationis nobis Arnoldus in 2. magni rosarii c. 27. describit, si videlicet super laminam ignitam medicina proiecta velocissime, sicut cera, sine fumo se resoluerit. Sed illam philosophis committo. Ceratio, Ist ein subtilierung / oder Subtilmachung der Theilen / auff daß jhr Tugendt vnnd Krafft außgegossen / vñ zerspreitet werde in die Cörper / vnd die Feuchtigkeit / die Nothwendig ist / in der Kunst / daß complements oder erfüllung. Vnd solche ceration geschicht nicht / dañ allein mit zertheilung / vnd sprützung / daß es werde wie ein Wachs / daß da anfahet schmeltzen / oder lind werden / an temperirter Wärme. Vnd mercke / daß solche ceration oder Wachsung gäntzlich von den jetzigen Meisteren erfunden ist worden.

Cerare, id est, corporare, vel miscere.

Cerebrum, Wasser.

Cerebrum arietis, Wasser von Eyerklar.

Cerebrum bouis, id est, tartarum combustum.

Cerober, id est, aqua.

Ceruiculæ spiritus est ossis de corde cerui.

Cerusa, i.e. plumbi ærugo, Bleyweiß. Græce psimytim vel psimmytion, vel aphidegi: Venenũ est sumta intra corpus, vt docent Dioscor. & Nicander frigidum & siccum 2. grad. Est aũt fere omnib. nota cerussa, & in pharmacopoliis retinet nomẽ suum, Bleyweiß. Nã ex plumbo vel albo vel nigro fit puluis:

vel,vt alii ẽt volunt,ærugo,cerussa.Sic n.definiunt, q̃ cerussa sit ærugo,aut cinis plumbi.Si ex plũbo albo fit, Hispanica dicitur;& est candidissima. Hodie ẽt Venetiis & Norimbergæ fieri videmus.Olim laudatissima fuit,q̃ parabatur in Rhodo, Corintho & Lacedæmone. At quomodo fieri debet, docet idẽ Dioscor. l. 5.c.53.Addit &quomodo torreatur,donec similis fiat sandaracæ, q̃ deinde dicat' sandix, a Germanis **rote zur Schmincke**/fitq; species sandarachæ factitiæ, **der Bergkröte**/vt vult Vitruuius.Porro & auripigmentum rubrum speciem habet miniũ nostrum:Vide Serap.lib.aggreg.c.Asreg. Ita vides Sandicem non tm̃ herbã esse, quemadmodũ quidã voluere. Et quidẽ Seruius ipse super illud Virgilii in Pollione:

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos. Et Propert.

Illaq; plebeio vel sit sandicis amictu.

Forsitan iuxta Plin.l.21.c.15.vbi tamen scandix non sandix legitur:& l.35.c.6.sed ẽt sandicem metallicũ esse vides, & quidem cerussam certo artificio torrefactam, similem sandarachæ: quam cerussam Plin.vocat adulterinam. l.35.c.6.Ceterum quomodo cerussa & lauetur,consule eundem etiã Dioscor. & de eius virib.ẽt Serapionẽ lib. Aggreg. c. Affidhegi: Auic.l.2.c.Cerussa:Plin.l.34.c.18.& lib.35. c. 6.Leuissima omnium cerussa ad candorem fœminarum etiam adhibetur. Vnde Ouid.de medicamine faciei inquit:

Nec cum cerussa, nec vitri spuma rubentis
Desit, &c.

Ceraunia. Inter gẽmas candicantes referantur hæ sequentes. Asteria primũ gẽma a Plin.l.37.c.9.Est aũt asteria,gẽma,q̃ inclusam lucẽ pupillæ modo continet,ac transfundit cũ inclinatione,q̃ nascitur in India & Carmania. Alia est astrios Crystallo similis in India nascens, & in Pallenes litoribus intus a centro stella,quasi lucet fulgore Lunæ plenæ.Opposita astris fulgorem rapit ac regerit. Optima in Carmania nascitur.

Huius ſpecies, quæ deterior eſt, a nonnullis dicitur ceraunias: peſſima eſt, quæ ſimilis lumini lucernarum. Eſt & alia aſtroitis ſimilis piſcium oculis. Radiat candore vt ſol. Eſt & inter candidas, quæ ceraunia vocatur, rapiens fulgorem ſiderum: & ipſa eſt cryſtallina ſplendoris cœrulei, in Carmania naſcens. Zenothemis teſte Plinio, loco citato, albam eſſe dicit, ſed intus ſtellam habere concurſantem. Sotacus & alias ſpecies Ceraunia addit, ſcilicet nigras, rubentesq; & non aliubi reperiri, quam in loco fulmine icto. Hæ ceraunia lapides ſunt, quos Germani vocant, **Donnerſtein**. Cadunt de nubibus cum tonitruo. Reperiuntur in Grania, item in Hiſpania candenti colore, vt ferme ignis.

Inueniuntur etiam hinc inde in Germania, præcipue ad flumina vt Albim, vbi Ceraunias gemmas cryſtallo ſimiles infecto colore cœruleo inueniri contingit, diuerſæ formæ, nonnunquam ſicuti clauas, nonnunquam tanquam pyramidem, vt repræſentarent caput Zuccarinum, vt vocant, **Ein Zuckerhut**.

Integras tamen nunquam inuenire licet, forſitan propter vim fluminis, qua excutiuntur nubibus, & reſultationem in terram. Harum vim eſſe prædicant, prouocare dulces ſomnos, & valere contra fulmina, item facere ad prælia & cauſſas vincendas. Vide & Solinum cap. 23. de Ceraunijs.

Chambar, **Gifft/ iſt die Früchte oder** Magneſia. Turba fol. *66.* **ſagt/ es ſeye der weiſſe Stein/ vnd** fol. *92.* **nennets** auripigmentũ Zendrio, abſemech, chalul: **Wañ es aber weiß wird: ohn ſchaden/ dann heiſt es** plumbum, exobmich, magneſia, martech, æs album.

Chacef, teſta figuli.

Chalcos, **Schwefelwaſſer.**

Chalci-

Chalcitis. Marcelli Virgili tranſlatio ſpeciem pro genere ponit, cum inquit. lib. 5. cap. 65.

Chalcitis lapis eſt, vnde æs coquitur. Nam hoc vocabulo generali multæ intelliguntur & ſignificantur res & ſpecies. Et vna eſt lapis chalcitis, id eſt, lapis ærarius, id eſt, Marchaſita, ſeu ipſa pyrites, vnde æs coquitur: quem Macer & Meſue lapidem Stellatum dicunt: vt de pyrite dictum.

Altera eſt ſignificatio chalcitis, quod ſignificet chalcitin, trichitin, id eſt, alumen capillare, & ærarium, quod in pyrite concreſcit. Hinc chalcitis aliquoties alumen dicitur concretum, ſchiſton. Alias vide Plinium lib. 35. cap. 15. Et hinc Arabes aliquoties ſimul mentionem faciunt colcotar, id eſt, huius chalcitidis, de qua hic agimus: & chalcitidis, id eſt, aluminis, vt legitur apud Serapionem & Meſuam, qui in trochiſcis de croco, ni fallor, ponit colcotar, id eſt, chalcitin, de qua hic agimus, & chalcitin, id eſt, alumen ſchiſton. Sic Dioſcorides chalcitin, id eſt, alumen aduri dicit more chalcitidis, de qua nos hic agimus.

Vltima & propria eſt chalcitidis ſignificatio.

Hæc illa ipſa chalcitis, de qua hoc loco loquimur, quæ eſt ſpecies chalcanthi, id eſt, floris quaſi æris, atramenti ſcilicet ſutorii; id eſt, nitidi. Eſtq; medium inter vitriolum & inter marchaſitam, id eſt, pyritem. Hæc vero chalcitis ſpecies chalcanti duplex eſt, ſcilicet, natiua & factitia.

Natiua, quæ rurſus duplex eſt, Cypria ſcilicet & Babylonica. Cypria, quæ æris ruborem habet: vnde & nomen accepit, vt Plin. docet lib. 37. cap. 11. Hanc deſcribit Dioſcorides loco citato, quod ſit ſimilis æri, friabilis, nec lapidoſa, nec inueterata, intercurſantibus oblongis venis ſplendentibus. Ita hæc potius deberet dici lapis ſtellatus, quam marchaſita. Et hoc eſt zeg, id eſt, atramentum citrinum coloris ci-

trini, vel æris, & eſt colcotari vel zegi. Vnde Arabes dicunt, quod quarta ſpecies fiat Aſuria, atramentũ rubeum. Sed hoc colcotar atramentum citrinum, proprie vitriolum eſt rubeũ, **rot** Vitriol, & non ſory: licet Arabes ſolum vitriolum rubeum Sory vocant: Verum facilis eſt lapſus. Nam chalcitis vitriolum rubrum fit ſory. Verum chalcitin hanc in argentariis fodinis ego (vt prius etiam dictum) nunquam inueni: in ærariis tamen reperitur & Goſlariæ. Hanc natiuam chalcitin & Plinius deſcribit l. 34. c. 12. Quod ſcil. cõtineat in ſe tria genera: ſcil. æris, miſyos, & ſoryos, & habere æris venas oblongas: & quod optima ſit, quæ coloris mellei, gracili venarum diſcurſu friabilis, nec lapidoſa, recens, quoniam inueterata fit Sory. Quomodo vero idem Plin. chalcitin diſcernat a Cadmia, ipſe videre poteris: deinde quam Cadmiam, quam chalcitin intelligat, vnde æs coquatur, nempe marchaſitam, i. e. pyriten, & Cadmiam natiuam, i. e. Cobald. noſtrũ. Vtraque vero chalcitis iã eſt ignota vulgo, imo ipſis pharmacopoliis. Dioſcor. & idem Plin. natiuæ vim eſſe teſtantur, abſtergere, excalfacere, & cruſtas vlcerib. obducere. Præterea docet, quomodo cum melle & ipſum chalcanthum debet aduri, & in quem vſum. Poſtremo, quomodo & inde fiat medicamentum phoricon, quod lepræ ſuccurrit, & hodie non conficitur: cui eadem vis cũ chalcitide, quã Paul. cal. & ſic. dicit 3. grad. Babylonica, de qua Serapio agit, vide zeg, quæ dura & fracta interius albas habet maculas. Factitia, quæ fit ex chalcantho veteri, quod in filamenta tranſit.

Chalcitis aliis. 1. Chal. dura. Dicitur aũt hoc nomine propter æruginem, quæ eius color verus & natiuus, **Hart rot** atrament. 2. Friabilis, **Milch rot** atrament. 3. Dura, in qua miſy, **rot** atrament, **darinn gelb** atrament. 4. Dura, in qua ſory, **rot/ darinn ſchwartz** atrament. Dura cum pyrite mixta, **das kiſſig iſt** 6. Cypria, **rot** atrament **auß Cypern.** Chal-

Chalcute, æs vstum.

Chalcopyrites, ist Bley / sagt Synesius.

Chalchos, id est, æs.

Chalchitor ist marcasith.

Chambelech, ist Elixir.

Chaomantia, est ars, qua præsagium sumitur ex aere. Wenn sich die astra der Lufft eröffnen vnd sehen lassen / daß man durch die Lufft etwas sihet / vnd prophezeiet.

Chaos præter omnium rerum confusionem, congeriem & informem materiam Theophrasto est aer: Sumitur & pro Iliaste vel Iliastro. Ein grobe vermischte Materien. Item Lufft vnd Iliaster.

Charatra; Wasserriß.

Cheizi Paracelsicum absolute positum, si de mineralibus sermo sit, argentum viuum denotat: Si vero de vegetabilibus flores vegetabiles. Cum per adiectionem reperitur, vt flos Cheiri, ex argento significat album elixir, vel eius quintã essentiam, vt flos anthos, auri rubeum elixir. Alii aurum potabile esse volunt: alii Antimonium.

Chelæ, Scheren.

Chelidonia, ist Gold.

Chanchedest, Stahl.

Chelidonius lapis vel gemma chelidonia reperitur in ventriculis hirundinum, captis pullis hirũdinum; crescente Luna, vt vult Dioscor. lib. 2. cap. 47. scilicet his, qui primo partu exclusi sunt, dissectis illorum ventriculis reperiuntur duo lapilli magnitudine, vt ipse vidi, seminis lini & eiusdẽ formæ: vnus niger, alter ruffus apparet: vel, vt vult Dioscorides, vnus colore varius, alter purus: vel, vt Plinius docet lib. 37. c. 10. colore hirundinum alia parte purpureæ, nigris maculis interpellantibus.

Ego nigros & ruffos tales vidi lapillos. Ruffus seu purpureus valere dicitur contra insaniam, epilepsiam: dicitur & conciliare gratiam. Niger sedat iras & facit contra febres, malos humores, conducit oculis: reliqua magica omitto.

Chelonitis. Plin. lib. 37. cap. 10. mentionem quoq; facit gemmæ chelonitidis, quæ sit similis testudinibus. In veteri Marchia ad ostium Tangræ, qua Tangra flumen confluit Albi, vbi quondam sedes regia fuit Caroli quarti, ad Albim infra oppidum prope villam, quæ a Carolo condita, & eius nomen habet, & nunc crasse dicitur Calpu, cum Caroli Gepew propie dici deberet, vbi est scaturigo cuiusdam fontis irruētis in Albim, locus est amœnissimus & fœcundus variis gemmis. In illo quoq; loco chelonitis gemma est inuenta, variarum tamen specierum. Primum illic inuenta est chelonitis, quæ forma omnino repræsentabat cochleas marinas, Wie ein Jacobs Muschel. Nonnunquam chelonitis perfecta & sola illa, nonnunquam vix incoata, nonnunquam perfecta: sic tamen, vt pro parte alteri lapidi adhæreret: interdum duo vel tres perfectæ vel imperfectæ vna erant: interdum magnæ magnitudine fabæ: interdum adeo paruæ, vt ferme visum fugerent: interdum fuluæ candidæ, nitentes in morem onychis: interdum nigræ lineis egregiis cochleæ marinæ in modum expressis. Est & chelonitis alia forma, nempe oblongam referens aquaticam concham tornatilem, quæ hinc inde reperitur ad flumina, vt ad Albim. Videntur & hæ chelonitides habere vim ostracitis. Plinius etiam ni fallor speciem chelonitidis describit esse aureis guttis. Reperitur chelonitis candicans veluti onyx, guttulis quibusdam. Alias chelonitidem volunt reperiri in corde testudinis. Sed Plinius cheloniam illam vocat, & esse oculum dicit Indicæ testudinis.

Chemia,

Chemia. Etliche der Sprachkündig sagen/ Chemia sey vnnd heisse ein schmeltz vnd giesse Kunst/ein scheidkunst/vnd das Ali, sey ein particula emphatica & completiua gleich/ wie das Wort Manach, heisset zehlen/so spricht man Almanach/darin das gantze Jahr/vnd alle Tag gezehlet/vnd viel anders mehr gerechnet wirdt. Etliche wöllens von dem Griechischen herführen/daß soll heissen Archimia vel Archodunia sophia & sapientia principalis, wie es auch die höchste vnd wunderlichste Geheimniß in sich hat/ vnnd den Preiß vor allen andern Künsten leichtlich wirdt behalten. Theophrastus in lib. naturæ sagt/man hab es vorzeiten genennt Vsopus vnnd Vsopaica, ist ein schmeltz vnd gieß Kunst/deren die Welt gar nit entberen kan/ alß daher alle Güter vnnd Reichthumb kompt/Artzney-Kunst/Handwerck vnd Handthierung/wirdt auch Spagyrica genennt/ein scheid Kunst/da man lernet erkennen aller mineren Art vnd Eigenschafften/ principia caussas effectus, wie sie wachsen/gereiniget/gebessert/verendert/verderbet/vermischet/ vereiniget/auch gemehret vnd gemindert werden. Die gemeine definitio lautet also: Chemia est ars separandi, ex quolibet mixto essentias, concinnandique magisteria artificum. Docet id auferre, quod gradum diminuit, detinet & impedit. Docet falsum a legitimo separare, & ad perfectionem res adducere. Theophrastus lib. 3. parag. sagt: Der dritte Grund der Artzney/ist die alchemia, die Natur gibt nichts an Tag/daß auff sein Statt vollendt sey: sondern der Mensch muß vollenden/die vollendung heist Alchemia. Dann ein Alchemist, ist ein Beck/ in dem er Brodt backet: Der Rebmann/ in dem so er Wein kältert: Der Weber/in dem so er Tuch machet. Also was auß der Natur wächßet dem Menschen zu Nutz/ derselbig der es dahin bringet/dahin es verordnet wirdt/ von der Natur/ der ist ein Alchemist, wie grob vnd vngeschickt were der/der ein

vnbereite Schaffhaut anhencket für ein Beltz / also ist auch ein Artz ohne die Alchimy. Parte 5. fol. 179. schreibet er also: Alchymia ist ein Kunst / die da lehret die astra zubesondern von den Cörpern / auff daß die astra nachfolgende dem Gestirn vnd Firmament gehorsam sein / zu dirigiren. Dann dirigiren ist nit in den Cörpern / sondern in dem Firmament. Darauß nun folget / daß alles / was das Hirn isset / dasselbige wirdt jm durch den Lauff Lunæ zugesprochen / was das Miltz isset / zeucht der Saturn⁹ dahin / was das Hertz isset / die Sonne. Also seindt die eusseren firmament die directores, der innern. Melissa wirdt lang nicht der Mutter dienen / wo sie Venus nicht dahin führet. Ducit autem facilius cocta & præparata, quam cruda & imperfecta. Quidam deriuant a χύειν fundere. Cur vero, quia corpora omnia liquat, vt constat ex dictis. Quidam dicunt mutatum esse ex Archimia vel Archodumia, cum sit ars principalissima.

Christi pabulum, id est, vrina virginis.

Chroma, id est, color.

Chrysocalcos, i. e. aurichalcum.

Chrysocolla, terra viridis: Græcis & Latinis est chrysocolla, quasi gluten auri, a German. dicitur, Steingrün / Schifergrün / Bergkgrün. Estque duplex, natiua & factitia. De natiua Dioscorides agit l. 5. c. 54. Et primas tribuit Armeniacæ, secundas Macedonicæ, tertias Cypriæ. Sunt & apud nos excellentes, Dacica & nostra Germanica mille locis. Gignitur vero in fodinis aurariis & ærariis, hactenus incognita nostris medicis. Effoditur iam in Vngaria, Burgundia, Goldtbergæ in Silesia, & hinc aurum conflatur. Hunc natiuum quidam boracem vocant: non autem est lapis borax de buffonibus. Et possit dici chrysocolla viride scissile, sicuti ærugo æris viride rasile dicitur. Estq; quasi species nitri. Plin. l. 33. c. 5. definit chrysocollam natiuam humorem esse in puteis, per venam auri defluentem, crassescente limo, rigoribus hybernis, vsq; in duri-

tiem pumicis, laudatiorem in ærariis metallis, proximã in argentariis, tertiã aurariã, quartã plumbariã. In sũmã Crysocollam venam putrem dicit. Porro & factitiæ id nomen tribuit cũ Gal. & in asperã, mediam & herbaceã attritã & luteã, quæ nullius sit momenti, diuidit. Sed Dioscor. factitiã enumerat inter ærugines simpliciter æris, qua vtunt᷑ aurarii, & olim vtebantur medici. Et fit hæc natiua ex vrina infantiũ: Et hæc ẽt tincar & borax dicitur. Ita vides q̃ cognata sint hæc metalla, ærugo æris natiua, q̃ dicit᷑ viride æris rasile. Et chrysocolla, q̃ scissile æris viride est. Itẽ metallica illa, vt ærugines æris factitiæ, & chrysocolla factitia, q̃ est aurifabrorũ ærugo rasilis. Sic æruginũ æris natiuarũ, i.e. viridis æris rasilis, specieb. itẽ chrysocollæ, i.e. viridis æris scissilis specieb. cognatæ species etiam sunt vitriola ipsa. Chrysocolla natiua habet vim discutiẽdi & exedendi. Plin. & l. 35. c. 6. chrysocollã inter colores enumerat. Item lib. 37. c. 10. Chrysocollæ alterius speciei meminit, vbi formicæ aurum eruant, quæ tu ipse legere poteris. Sic vides & Chrysocollæ factitiæ & natiuæ certas esse species. Conflatur vero ex natiua chrysocolla & cœruleo optimũ aurum. Nota & q, in lapide illo, vbi terra viridis, i.e. κύανον, insint. Tertium quiddã candidum, scintillarum modo lucet, quod vocant micam, & felium argentum metallici, a German. Glymmer oder Katzensilber. Habet quidem colorem argenti, sed argentum non est. Felium autem argentum dicitur, a similitudine forsitan, quod eorum oculi noctu lucent, tali modo. Si vero acute consideres, minime consumitur, sed tantum purgatur (vt obseruaui aliquoties) licet sit res nullius momenti, & alium colorem assumit, & procul dubio species est amianthi: vt de amiantho supra. Natura his coloribus in intimis terræ se oblectare voluit. Ceterum de chrysocolla vide Serap. l. aggr. c. Tincar, qui & natiuã chrysocollã

in ripis maris inueniri dicit, & esse ex speciebus salis cal. & sic. 4. grad. Porro quis sit eius vsus in medelis, & quomodo lauari debet, consule l. c. Dioscorid. Est & chrysocolla venenata plus dosi iusta accepta. Dicitur quoque azot, Rebis, aqua sulphuris, vinum aninæum, Flos, Seel/Geist. Est vero varia. 1. Chrysocolla natiua pura in monte Carpatho collecta, **rein Bergkgrün.** 2. Natiua Snebergensis in Misnia in lapide metallico ærario, **Bergkgrün in einem Kupffer Ertz.** 3. Natiua ex alpibus Rhæticis cum molochite striatim posita. **Ein Schwartzisch Bergkgrün/ mit einem Malachit schricht weise vermenget.** 4. In lapide fissili Islebiano, **Ein Bergkgrün in Eißlebischen Schifer.** 5. Herbacea, quæ post tincturam appellatur lingua vernacula, **Schifergrün.** 6. Factitia, **gemacht Bergkgrün.**

Chrysos vel Chrysion, id est, aurum.

Chrysolithum gemmam vna cum hyachintho mittit Æthiopia, &c. aureo colore transllucentem: Vnde & nomen habet teste Plin. l. 33. c. 9. & 12. Solin. in Polyhist. eandem cap. 33. Chrysolampin vocare videtur, quam Plin. eod. lib. c. 10. in Æthiopia nasci dicit, pallidi coloris die & noctu ignei. Sic Albertus chrysolithum aurei coloris gemmam horis matutinis dicit pulcerrimam apparere: in aliis horis non adeo formosam, & sibi dissimilem corrumpiq; eam & fugari ab igne. quia ab illo inflammetur. Facit autem idem eius species esse marchasitam auream, quam vocat & alium lapidem coloris cœrulei & rubei.

Vis Chrysolithi est bonos excitare spiritus melancholiæ aduersari, lemuribus nocturnis, curare scabiem & vlcera, mitigare calorem febris. Ouid. 2. metam. ex chrysolitho fingit currum Solis pulcerrime factum cum inquit:

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ.

Curua-

Curuatura rotæ, Radiorum argenteus ordo,
Per iuga chrysolithi, positaq́; ex ordine gemmæ,
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Significat quoq; arsenicum, lapidem Achesium.

Chymia ἀπὸ τοῦ χύω fundo. Vnde χυμὸς succus & chymia ars succum faciens, seu res solidas in succum resoluens. Sed per Synecdochen partis difficilioris κατ' ἐξοχὴν sub solutione etiam coagulatio a chymicis antiquis subintelligitur: Vnde peruulgatum illud solue & coagula. Suidas & Cedrenus χημείαν nuncuparunt.

Arabes præstantiam eius notantes articulum Al, atq́; illam Alchymiam veluti Cœlius Rhodiginus Archimiam quas ἀργύρου χημείαν cognominarunt. Dicitur etiam spagyrica ἀπὸ τοῦ σπᾶν & ἀγείρειν ab extrahendo & cogendo: nec non separatoria, vt & vsopaica a lauando, sequestrando ac depurando. Est itaque ars chymia, ars physica separandi purum ab impuro ad conficiendum medicamenta tam corporibus humanis persanandis, quam metallicis ad summam perfectionem perducendis, accommodata.

Chymus, id est, massa. Item fœx.

Cianum, Kasurstein.

Cibatio, id est, corporatio.

Cibur vel chybur est sulphur.

Cicatrisans, Was Blattern brennet.

Cicinum oleum, Rhaphanticum.

Cinnabaris. Maximum est dubium apud Medicos quid sit Cinnabaris, quia nomen hoc, Cinnabaris multis & diuersis tribuitur rebus ab auctoribus. Verum vt eo melius intelligas quid vera, quid similitudinis, quid factitia sit cinnabaris, obserua hanc diuisionem sequentem.

Cinnabaris vel cinnabari duplex eſt { Verum, de quo in hoc præſenti agemus. Verum ergo Cinnabarim veteres dixere ſanguinē Draconis, & adhuc nomē retinet. Eſt que iterum duplex: ſcilicet, Metallicū, de quo in ſequenti agemus. {

1. Rubeum, vt Sandaraca & miniū, ſuntque glebæ non magnæ. Vtuntur Venetiis illis pictores, quia ſanguinem colore imitantur: & vtuntur illis etiam Medici ad antidota.

2. Atrum, in globi figura formatum adfertur, compreſſi tamen & non aſſurgentis, quod eſt adulterinum. Cuius rei indicium eſt nimius lentor. Videntur enim quædā admixta gummi, veræ cinnabaris particulæ, quas licet conſpici, idq; Medicamentarii pro vero vendunt.

Vera autem Cinnabaris, quid ſit, variæ ſunt ſententiæ. Plin. l. 33. c. 7. vocat Indiacum cinnabarim, differentiæ cauſſa: & dicit eſſe ſaniem draconis illiſi, elephantorum morientiū pondere, permixto vtriuſq; animalis ſanguine: cui aſſentitur Solin. Leonicen. vero quiddā metallicum eſſe cenſet, cū Dioſcor. inter metalla id recenſet, Arabes ſuccū eſſe volunt. Serapio Sideritidis Achilleæ. Verum Dioſcor. econtra, cum diligenter illam herbam deſcribit, talis ſucci non facit mentionem. Eo tamen in horum ſententiam, qui cinnabarim ſuccum ſeu lacrymā alicuius herbæ ſeu arboris potius eſſe volunt, quod etiam

etiam ipſe guſtus & ſapor indicat. Ferunt arborem eſſe in Libya & finitimis regionib. proceram, ex qua ſanguis ille Draconis manat: perinde atq; in Rhetis e larice, & apud nos e noſtra picea, & abiete tempore veris manat reſina, quam medicamentarii etiam Itali pro terebinthi reſina vendunt, cum vera Terebinthina maſtichæ Chiæ colore dicitur eſſe ſimilis. Sic Platearius quoq; ſentit ſanguinem Draconis eſſe arboris ſeu herbæ ſuccum in India, aut Perſia.

Cinnabaris metallicus. Metallicum eſt alterum cinnabari, & dicitur nulton vel etiam minium, & Græcis vocatur cinnabaris. Eſt duplex metallicum, ſcil. minium factitium & natiuũ. Natiuum a Germ. Bergk Zinnober / quod reſolutum fit argentum viuum & ſulphur: alias minium natiuũ dicitur, eſtq; rubri coloris, vt ſandaracha. Inuenitur in metallis argẽtariis, vt Plin. ſcribit. Cordus indicauit, quod hoc natiuũ minium reperiatur etiam ad Rhenum, Eberborgi: ſicuti Schonbachi inuenitur magna copia. In fodinis Miſnenſibus habemus venam eius, Queckſilber Ertz / quæ tanti pretii quondam fuit apud Romanos, vt ſcribit Plinius lib. 33. cap. 7. Vnde & Virgilius dicit decima Eclog.

Pana minioq; rubentem.

Et Plin. nunc venam minii, nunc miniũ lapidem ẽt appellat. Et vt videmus generi lapidis fiſſilis ita adhæret, vt innatũ videatur. Sic n. inquit Plin. l. 33. c. 6. Et eſt lapis in iis venis, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum appellatur. Vitruuius anthracẽ ſcribit dici hoc minium natiuum, das Queckſilber Ertz / nam prunæ vena ſimilis eſt. Verba ipſius Vitruuii hæc ſunt: Ingrediar nũc minii rationes explicare: id aũt agris Epheſiorũ Cilbianis primũ memoratur eſſe inuentũ: cuius & res & ratio ſatis magnas habet admirationes. Fodit n. gleba, q̃ anthrax dicitur, antequã tractationib. ad miniũ perueniat,

venavti ferreo magis ſubruffo colore habens circa ſe rubrum puluerem. Cum id foditur ex plagis ferramentorum, crebras emittit lacrymas argenti viui, quæ a foſſoribus ſtatim colliguntur. Hæc Vitruuius. Verum nota, quod Græci multas res ob coloris ſimilitudinem vocarunt anthracas, vt ſunt:

1. Vena minii vt declarant hic verba ipſius Vitruuii.

2. Hæmatites gemma iuxta Plinium lib. 36. cap. 20. de qua ſupra.

3. Gemma illa nobiliſſima, quam Plinius hinc vocat Carbunculum, in fallor lib. 37. cap. 7.

4. Terræ genus, cuius ſcriptores rei ruſticæ mentionē fecerunt, credo eſſe illam terram quam Saxones nonnullis locis effodiunt, in ſole ſiccant, & pro ligno vtuntur: illa deinde ad fouendum ignem & proculdubio eſt ſpecies bituminis. Saxones vocant thorff. Eſtq; bitumen calore Solis exiccatum extra terram mater proculdubio carbonis lapidei, qui eſt bitumen induratum calore intra terram, vocant autem thorff, forſan quia torrefit Sole.

5. Eſt id quod Theophraſtus deſcribit cum inquit: Quos autem mox carbones vocant in eorum numero, quæ propter vſum effodiuntur, habendi terreni ſunt. Exuruntur autem, & igni accenduntur quemadmodum carbones. Apud nos genus quoddam reperitur, ſic terræ calore coctum, vt atrum ac leue ſit perinde ac carbo, Attamen pingue, quo fabri vtuntur; a Germ. Steinkolen / quaſi λιθάνθρακες dicitur. Theophraſtus dicit κώδεις, quia leues ſunt, vt aquæ innatent, quod videtur terræ eſſe excoctæ & raræ. In agro Leodienſi effodiuntur graues, quæ dicerentur λιθώδεις. De his Plinius nihil habet. Græci autem tam prunas quam carbones ἄνθρακας Kolen ſie ſind geläſchet vnd ſchwartz oder glüende vnd rot/ alſo ſind die erſten.

2. Spe-

2. species ἄνθρακας, wie glüende Kolen / vnnd die letzten zwo / wie die schwartzen gelöschten Kolen. Ceterũ nota, quod & Theophrastus verum illud minium non ἀμμίον, sed Cinnabarin ob coloris similitudinem nominat, vt & alii Græci: non quod sit vere cinnabaris, id quod noster Dioscorid. & Plin. ll. citatis etiam volunt. Postremo cum minium natiuum vt sandaraca rubet, nota illorum differentiam. Ex minio sæpe iam elaborato siue rudi conficitur argentum viuum, vt dictum est, quod e sandaraca minime fieri potest: Imo dum lauatur vena minii, vt postea teratur, pars ipsius in argẽtum viuum mutatur, idque rursus siccatum & contritum redit ad suum colorem. Sicuti autem dicimus milton vel minium natiuum & factitium: ita etiam a gente vel vsu dicitur μίλτος σινωπική, rubrica sinopica: μίλτος τεκτονική rubrica fabrilis: Sic λημνία γῆ vel λημνία μίλτος. Factitium, quod cõficitur ex argento viuo & sulphure, a Chymistis: a German. dicitur, Zinnober / a latin. Estq; hoc nostrũ factitiũ Cinnabari vulgare. Est & aliud miniũ adulterinum, quam illud, quod cinnabarim vocant, scilicet, quod hodie solum minii nomen retinet, & conficitur ex plumbo. Est & tertium genus adulterinum in argentariis & plumbariis metallis, exusto lapide quodam in venis reperto: De quo Plin. scripsit l. 33. c. 7. Quomodo vero conficiatur minium, Plin. ex Theophrasto videtur transscripsisse.

Cinefactio est, qua fiunt cineres. Itaque licet nonnunquam & fuligo metallica, & Alcali nominentur cineres, proprie tamẽ crematilibus seu inflammatilibus competit. Horum enim combustorum reliquiæ sunt cineres proprie. Administratio eius est duplex: occlusa & aperta.

Cinis, Der vnreine Cörper. Wann der Mercurius die luminaria tödtet / so bleibt ein köstliche Aschen / vnd heisset calcinatio, cribratio, die Aschen ist ein weisser puluis.

Cinis hederæ, id eſt, Cinis clauellatus.
Cinis clauellatus, id eſt, Alkali.
Cinis ex cinere, iſt Saltz/aqua extracta, die Aſchen iſt fix/darinnen cinis cineris eſt: wirdt genennet congelatum coagulans, dann es coagulirt das Waſſer zur Erden. Es heiſt auch fermentum fermenti, das iſt/es fermentirt das Gold / alß Roſinus ſagt.
Senior fol. 40. die gereinigte Aſchen wirdt druſen: dann wir dörffen jhr nicht mehr / vnnd heiſſet Kalck/Glaß/Silberglett/ rein Waſſer/Aſchen/dieweils von dem fenſtern geſaubert iſt: dann die vnartige Jrrdiſchheit wirdt weg gethan/vnd das ſindt jhre Blätter vnd Blumen/nemblich der Geiſt vnd Seel.
Cinis ſarmentitius a Germanis dicitur, Rebenaſch/Weinrebenaſch. Eſtque cinis ille non tantum vtilis medicis, Chirurgis, ſed & Chymiſtis. Plinius & Dioſcorides eius non vulgares numerant vires. Continet vim ſalis, at leniorem. Corrodit excreſcentias carnis. Virtus autem eius diuerſificatur ſecundum combuſtæ materiæ differentiam & qualitatem. Vide Serap.l.aggreg.c.mamad.Gal.8.Simplic.
Cinificatum, id eſt, calcinatum.
Cineris vena, Aſche.
Cinericium. Jſt ein Goldtſchmidts Scherb / darinn das Gold oder Silber außgebrennt wirdt.
Cineritium eſt cimentum auri vel argenti, a nonnullis regale vocatur.
Cimentare. Jn Cæments Weiß zuſammen machen.
Circius. Weſt Nort.
Circulatio eſt liquoris puri per circularem ſolutionem & coagulationem in Pelicano, agente calore exaltatio. Liquidarum n. rerum, quæ attenuari ſeu reſolui in aerem, indeq; viciſſim in liquorem redire poſſunt, eſt tantũ: & ſequitur potiſſi-

potiſſimum extractiones, quib. fiunt eſſentiæ. Itaq; & rectificationis officio non raro fungitur, cum per eã non tenuiores duntaxat euadant liquores, ſed & puriores, efficaciores, magiſq; perſpicui. Concurrunt in eius adminiſtratione operationes plures, veluti digeſtio (vnde interdum digeſtio in pelicano, & circulatio, ſunt pro eodem) ſublimatio, deſtillatioq; vicaria. V.g. Multum operæ & ſtudii in vera ſpiritus vini extractione impenditur, vt ille ſine omni phlegmate haberi poſſit. Quotieſcunq; n. eleuatus fuerit, ſemp aliqd phlegmatis ſecũ ducit. Proinde circulationis modũ huius exẽplo demõſtrabimus. Sumitᷣ vinũ generoſiſſimũ, quod ad manũ eſſe põt, illudq; in capaci circulatorio funditᷣ, ſigillatoq; orificio in balneo maris ad 14. dies ponitᷣ, vt cõtinue aqua ferueat. Poſtea eximitur & in phialã funditur, calidũq; hyemis tempore in frigida niuali aqua, appoſito & agglutinato alẽbico, cũ receptaculo, æſtate aũt in cellã, vaſi cõchas glaciales cõtinenti imponitᷣ, & ſpiritus purus atq; ab omni phlegmate liber alẽbicũ tranſcẽdet, & in receptaculũ dilabetur. Quãdo nihil amplius aſcẽdit, receptaculũ amouetur, phialaq; eximitur cũ vino, quod nullũ verũ ſpiritũ, ſed tm̃ vinũ aduſtũ (vt vocat Theophraſt.) cõtinet. Spiritus hic vini adhuc in circulatorio poſitus, tãdiu rotatur, donec amplius de vitro in vitrũ fundi nequit, ſed per deſtillationem ſeu humidã eleuationem promouendus eſt. Quando aũt materia, in q̃ agere debet, receptaculo imponitur, facile illam amplectitur, & fugam relinquit.

Circulatoriũ, eſt vas vitreũ, vbi infuſus liquor aſcendendo & deſcendẽdo quaſi in circulo rotatur. Vſus eius in ſubtiliationib. & circulationib. poſitus eſt. Varia huius generis vaſa a variis ingeniis ſunt excogitata, ex quorũ numero duo dũtaxat magni momẽti & vſus nobis placent. Pelecanus nimirũ & Diota.

Circulus eſt inſtrumentum rotundum vitris abſcindendis ex

ferro factum. Perfringuntur autem hoc modo. Circulus candefactus vitro apponitur, illudq; tamdiu ſtringit, donec feruefiat & incaleſcat, cumq; adhuc feruet, frigida gutta immiſſa, aut frigidi halitus affluxu diſſilit atque dirumpitur.

Ciſia birota, Schleiffkarren.

Ciſſum, cui eſt ciſta craſſis viminibus contexta, Meßkübel.

Ciſt vel kiſt, vini eſt capacitas duarum vini menſurarum, circiter libras 4. vel ſeſquimenſuræ, anderhalb Maß.

Citrinatio, iſt die Aufferſtehung/reſuſcitatio.

Citrinulorum, pharmacum ex colchotare, id eſt, vitriolum calcinatum, & in alkali ſuum reductum, Vitriol Saltz. Comparatione facta ad cryſtallum ob tranſparentiam eiuſmodi ſalis pallidam diaphano cryſtallo perſimilis.

Citrinulus eſt cryſtallus pallidus, bleicher Cryſtall.

Citrinula, eſt flammula, herba Paracelſ. familiaris.

Clareta, albumen ouorum, oui albor, leucon oui, leucoma, Eyerklar/das Weiß im Ey.

Clarum, quod fit e cryſtallo, das auß dem Cryſtall gemacht wirdt.

Claui cornuti, Balgnägel.

Clepſydria eſt ſubductio liquoris per vaſis ſolidi ſubtus perforati oculum. Ea res olim fiebat in horariis machinis. Vnde nomen habet, quanquam non aqua tantum ſubducatur, ſed & oleum & fuſiones mineralium. Oculum autem metallurgi iſtud in ſua fornace foramen, per quod hinc ſubducitur. Vnde hoc appoſitum vocabulum eſt, quanquam etiam in eius locum tubuli, epiſtomiola, crenæ, canales, &c. inueniant.

Variat adminiſtratio, vt & in aliis.

Cliſſus eſt virtus rerũ occulta, vadens & rediens, vnde primum exiuit, vt virtus radicis, primum in caulem tranſit, & reliqua, quæ

quæ ſurgunt ex eis, tandem in eas reuertitur, per autumnum ibidem deliteſcens, per hyemem, vſq; ad ver & æſtatem: Ein heimlich ſchweiffende Krafft / die offt wider zu ſeinem Anfang gelanget / alß die Krafft der Wurtzel / ſtreckt ſich erſtlich in Sproßlein/ darnach in Blätter/ Bluſt vnd Samen/ vnnd folgendt wurtzelt es wider.

Climia Ereps, id eſt, Cathimia auripigmenti, Es hat auch ein glåntzende Farb oder azarii, vñ iſt gleich der Cathmia deß Silbers/ oder Cathimia. Einfach allein für ſich ſelber genommen/ bedeut cretam argenti, id eſt, Silber Kreiden.

Clyſſus, eſt ſpecies compoſita, ex eiuſdem rei ſpeciebus variis, ſeorſim elaboratis. Itaq; clyſſus totam rei eſſentiam complecti poteſt, quandoquidem abiectis impuritatibus & fecibus, quicquid in ea eſt eſſentiale, ad vnum redigitur cõpoſitum. Vel, eſt extractio ſubtilitatis omnium plantæ partium in vnum eſſe commune coiens: Et duobus modis vniri poteſt, ſiue, vt omnes e diuerſis partibus extractæ eſſentiæ coniungantur, incorporenturque: Siue, vt oleum, in vna ſit cucurbita, in altera ſal, in tertia liquor, atque ita vnico alembico ſubiectæ deſtillentur per communem canalem, ſicq; vniantur. Sed non ita facile hoc ſuccedet. Non enim pariter ſcandunt aquæ & ſales. Itaque in diuerſis oleis & aquis id fieri poſſit.

Coadunatio eſt elaboratio, qua vniuntur diſgregata. Appellatur nõnunquam ſpeciei excellentioris nomine Coagulatio. Vnde exſtitit illud philoſophorum dogma, quod Chymicũ artificium in ſolutione & coagulatione conſiſtat, quo tamen reſpicitur ad lapidis myſterium potius. Ita coadunatio eſt ſolutionis reductio in his, in quibus fieri poteſt. Eius ſpecies ſunt duæ: Compoſitio & Coagulatio.

Coagulatio eſt rerum eiuſdem naturæ e conſiſtentia tenui flui-

daq; ad ſolidam coactio. Itaq;,quæ reſolutione aquea, aerea, ignea ſunt attenuata, per hanc in corpus homogeneũ reducuntur. Et ſic coagulatio comitatur multas operas, veluti diuaporationem,exaltationẽ, ſublimationẽ, deſtillationẽ, &c. Fit duob.modis:Segregatione & Comprehenſione.Eſtq; vel frigida vel calida.

Coagulatio frigida,eſt,quando res in calido reſolutæ, in frigido coagulantur.

Coagulatio calida, eſt, quando calore conueniente,res diſſolutæ coagulantur.

Coagulatio per ſegregationem eſt, cum quibuſdam ſegregatis reliquum concreſcit.Itaq; & concretio σύμπηξις appellari principaliter poterat. Peragitur calore, quo diuaporat ſeu exhalat paulatim humor,qui erat cauſſa fluoris.

Coagulum. Lip/Geypß/wirdt auß der Milch/vnd macht/daß die Milch zuſammen rinnet: iſt auch ferment. Mercurius iſt die Milch/Mercurius noſter iſt die Lip mit ſeinem ſulphure Maria prophetiſſa nennet coagulum coagulans den ſulphur phil. die Seel der primæ materiæ vnd aurum noſtrũ, Denn daſſelb ſulphur coagulirt Mercuriũ, Eſch auß Eſchen/das iſt/die terra heiſſet auch fermẽtũ fermẽti,dieweils den ſpiritũ coagulirt.

Coagulum ſpecificum eſt eſſentia materialis terrea,concreta in conſiſtentiam ſiccam per coagulationem.

Coagulum, id eſt, Mercurius.

Coagulatio per comprehenſionem eſt, cum totum ſimul comprehenſum,remiſtumq; ad vniformem ſubſtantiã coagulat.

Cobaſtoli, id eſt, cinis.

Cobatiorum fumus, iſt Kobolt.

Cochlea, Schraubet.

Cochleare, Kelle.

Cochleare album, Schuffe.

Cocilio,

Cocilio, id eſt, pondus 11. vnciarum.

Codax, Zopffe.

Cœlum. Iſt ein himliſcher Geiſt/ ſo die formas rerum eſſentiales eingeuſſet/ vñ damit verehliget vnd vereiniget. Es iſt das allerreineſt/ quinta eſſentia, vollkommen vnd beſtendig. Führet mit ſich alle Sternen der Circkel der vndern Welt. Microcoſmus die kleine Welt. In den Planeten ſindt jhre ſondere ſphæren. Dieſer vnter Hiñel hat Erdt vnd Waſſer/ die muß man ſcheiden vnd reinigen/ vnd widerzuſammen ſetzen/ daß Himmel wirdt Liecht vnd Fewer/ Leben vnd Bewegung.

Cœlum philoſophorum vocatur id, quod tranſcendit longe naturam elementorum vulgarium, vt lapis philoſophorum, medicina catholica.

Cœli Planetarum apud Paracelſ. ſunt proprii orbes ipſorũ ſphæræq;, non fictitię, quib. tribuuntur motus ab infidelib. quos ẽt æque cognouerunt in cœlo, atq; potuerunt in terris. Plin. & Empedocl. Ethnicas flagrationes inueſtigare. Si q; in terris eſt ignorarunt, q; imẽſo diſtat interuallo, qui bene iudicare potuerunt aliter, q̃ per fallaces coniecturas? Siquidem ob ſuã infidelitatem veri nullius participes ex ſuis ſpeculationib. ac imaginationib. æquum eſſet: cum verę viſiones meditationũ fidelib. duntaxat reſeruatæ ſint a Deo: falſæ cõtra procedunt ab inimico veri, ſpeculationeſq; ſequuntur infidelium, quibus in eam ſortem ea pars contingit.

Cœnum, id eſt, fimus.

Cœmentum eſt corroſio ſicca, qua corpus aliquod metallicum cũ ſalib. corrodentib. aliiſq; reb. exſiccantib. ſtratificatũ confringitur, & calcinatur. Fit aũt calcinatio hoc modo. Corpus cæmentandũ in tenues laminas redigitur, & in fruſtula forcipe ſcindit᷑. Species aũt corrodẽtes puluerisant᷑, & aceto, vrina vel aqua forti madefiunt, vt fiant inſtar pulticulæ (noñulli iſtis ſiccis vtuntur.) Deinde huius pulticulę vel pulueris aliqua

portio pyxidi cæmentatoriæ inditur, illique lamina ſuperponitur, & laminæ alia pulueris portio aſpergitur, quod ſtratificatio & ſtratum ſuper ſtratum dicitur. Hanc alia lamina ſubſequitur, idque tantiſper, donec pyxis impleta, aut nihil laminarum reliquum eſt, & tandem puluere ſuperpoſito clauditur, lutoque aliquo tenaci iuncturæ pyxidis munitæ obturantur, atque igni vel (quod ſatius eſt) ſuo furno imponitur, & ſecundũ gradus cæmentatur, quatuor, ſex, octo, duodecim, vel 24. horis, imo etiam aliquot diebus (pro re nata) inibi conſeruatur. Verbi gratia. Animus eſt præparare crocum Martis ſeu chalybis, idq; per cæmentationem, tunc accipio calcis viuæ recentis, quantum opus eſt, eamque vrina aliquantiſper virili madefacio, vt fiat inſtar pulpæ. Poſtea hac pulpa pyxidis cæmentariæ fundum ad digiti lati craſſitudinem tego, eique laminas chalybis ſupperaddo, & vas (vt ſuperius dictum eſt) impleo ac luto obfirmo. Omnibus rite paratis pyxidem in furno noſtro cœmentario pono, ignemque tertii gradu ad 4. vſque 24. horis continuum. Tandem exemto vaſe materiam in illo contentam in mortario probe contundo, & per ſetaceum pello, vt fiat puluis ſubtiliſſimus, vbi calcem a chalybe omnem calida abluo, reſiduũque arefacio, & accipio crocum Martis præſtantiſſimum. Eo modo fit & crocus Veneris, qui multis operationibus inſeruire poteſt.

Cœruleum, Græcis κύανος, κύανον, Latinis cœruleum, propter colorem, lapis Iaſuli. Venenatus color idem a Germ. Laſur/ Omnia hæc, quaſi imitantur Arabes, qui Laſuli vocant.

1. Cœruleum pulcerrimum vltra marinum, ſeu Cyprium, in terra cinerea, ſimile cœruleo factitio optimo, Ein ſchöne Laſur/ in einem liechtgraw Erdrich in Cypria. 2. Natiuum inſigne gleboſum Schnebergenſe, intus concauum, quod ex terra

terra candida sabulosa effoditur. Schön blaw Lasur Kuglen/ die innwendig hol/vñ in einer weissen grißlichen Erden gefunden werden. 3. Patauinum, q, in glebis subcinereis terræ reperitur. Ein blaw in dunckelgraw Erdklotzen vmb Padua gefunden. 4. Natiuum Thuringicum, quod effoditur magna copia iuxta Muchellam, Gemein blaw / so man in Thüringen findt oder bricht. 5. Natiuum copiose adhærens terræ duræ cinereæ tenui. Bergk Lasur/so häuffig wächst an einer grawen schirblichten Erden. 6. Natiuum purum ex Polonia. Ein fein Polnischer Lasurstein. 7. Natiuum Polonicũ cum terra dura sabulosa candida. Ein Polnisch Lasur mit einer harten grißlichen weissen Erden vermischt. 8. Natiuum cum lapide rudi candido, Warreiner Lasur an weissem Stein. 9. Natiuum Hispanicum, in quo aurum apparet, Spannisch Lasurstein/ darinn sichtig Feingold 10. Natiuũ Snebergense adhærens lapidib. rudibus, Lasur am Stein angeschweifft. 11. Islebianum in lapide fissili, Berg Lasur im Schiferstein. 12. Natiuum Goldbergẽse cum chrysocolla in vena ferri reperta, in lapide candido, qui igne liquescit. Ein schöne Bergk Lasur / mit einem angeflogenẽ Bergkgrün in einẽ eisen Ertz vnd weissen Quartz. 13. Natiuum Snebergense cũ chrysocolla pura in silice candido distincte adhærente. Ein schöne Bergk Lasur / sampt einem reinem Bergkgrün/an einem harten vnd weissen Fewerstein vnderschiedlich angehänget. 14. Natiuum Gieshubelianum in pyrite, ex quo argentum excoquitur, id mixtum est cum succo viridi concreto, & zonarum instar interdum dispositum, ex quo extra venam etiam cum iucunditate efflorescit. Ein Berg Lasur in einem gar schönen Kupfferkieß darauß täglich ein graw Farb wächst. 15. Factitium, Lasur. 16. Factitium vltramarinum, quod ex Hispania & Thracia inuehi dicitur. 17. Armenium Islebianum, Blaw Schifergrün.

Cœruleum aliud est

Natiuũ fossile proprie Lasur/ quod iterũ est duplex.

In fodinis Cypri, Dioscor.l.5.c.56. ex metallis ærariis, & in nostris aurariis & ærariis, vt Lauterbergæ in Saxonia, ad Hercyniã, & Goldbergæ in Silesia, species eius nascitur optima, & dicit. schiferblaw. Nascit. & in Hũgaria & Lotharingia. Estq; veluti harenula seu lapis seu terra, quę vna cũ Chrysocolla lapidi fissili adhęret. Hinc Theoph. etiã bene inquit: Cœruleum est natiuum, quod in se Chrysocollam cõtinet. Ex cœruleo aurũ conflatur Lauterbergę & Goldbergæ in Silesia. Vis eius est in medelis discutiendi, quãuis nonĩhil adstringat. Vritur vt chalcitis, lauatur vt Cadmia, a crudo tibi caueas. Plin. lib. 33. c. 13. eius tria facit genera, scil. Ægyptium, Scythicum, Cyprium, & his accessisse, Puteolanum & Hispaniense. Deinde docet ex illo parare lomentum lauando & vrendo. Cognatio vero cœruleo permagna est cũ Chrysocolla, q̃ dicitur Schifergrün, Berggrün. Hoc cœruleũ dicitur Lasur/Schiferblaw, Bergblaw. Eligi dicit cœruleum inebriatum, durum, ferro parum cedens, mũdum a marmore & marchasita, id est, pyrite: pulcri coloris n. species eius, friabilis, immunda, quę parũ vtilis. Ceterum de cœruleo vide & Serapionem lib. aggreg. c. Hager. Alzanard: Mesuam de lapide lazuli. Quidam cal. & sic. ; gr. quidam cal. 2. siç. 3 gr. volunt. Inest stipticitas cum acuitate. Dosis eius est a ℈ j vsq; ad ʒ j ß. Facit & mentionẽ Diosc. 1. c. prope cœruleum lapidis Armenii, quod sc. lapis Armenius sit leuis, colore cœruleo, vel vt Plin. vult maxime viridis, cõmunicato colore cum cœruleo. Hic lapis affertur iã pro Smaragdo, & vtimur illo pro ipso Smaragdo, licet male, Er ist nit so hart/alß ein Smaragd: Alias nõ cognoscitur lapis Armenus. Ingreditur is, ni fallor, in confectionem Diasennæ. Vide de illo Plin. l. 35. c. 6. Auicen. l. 1. Mesuam & alios. Hæc paucis propter studiosos de Armeno lapide volui. Postremo de lapide Ganeo vide & Plin. l. 37. c. 9. & Solinum c. 30.

Factitiũ cuius iterũ multa sunt genera, & quidem pretiosa apud Chymistas: & iã ex factitio cœruleo pilulæ parantur magno errato, cũ e natiuo & armeno parari deberẽt: de cui' purgãdi vi scripsit Actius in Nechepsote

In subcauatis specubus maris ex arena litorali.

Cohob, ist Sand/Staub.

Cohobatio est liquoris corpori sępius affusi frequens abstractio. Vnde cohobare vel per cohob affundere dicimus.

Cohoph Paracelso familiarissima dictio, & Cohobare, Est cum materia sæpe cum liquore imbibitur, ac destillando liquor iterum abstrahitur: Item: Cum herbæ in succum contundendo rediguntur: deinde in eodem vitro per B. M. per quatriduum putrefiunt, dum purum ab impuro separari possit: liquor adiectus vel materiæ proprius est & naturalis, vel in vehiculum adiectitius. Wenn die Kräuter in jrem eignen Safft gestossen werden; dann also in eim Glaß im Marienbad/ sonst Mörbad oder Mist/ putrificiret vnnd verfaulet werden/ biß daß man das rein von dem vnreinen scheiden kan. Item wann man die Säfft oder die Früchte offt von der materia abzeucht vnd wider daran geust/ das heist man cohobiren.

Cohos est quicquid cutis in toto corpore concludit, allusione ad chaos facta, quo iam in ordinem diuinitus redacto, & non, vt prius, informi cuncta creata comprehenduntur ad minoris ordinati chaos vel cohos vtilitatem, Was die Haut im gantzen Leib bedeckt.

Colcotar, proprie apud Paracelsum vitriolum fixum, quando videlicet phlegma a vitriolo distillando abstrahitur, atq; hoc toties, donec colcotar phlegma siue aquam omnem imbiberit, neq; vlla amplius distillando aqua exstillauerit, licet igne vrgeatur: Serpens seu lacerta viridis, quæ propriam caudam deuorauit, fix Vitriol: Cōmunius intelligitur caput mortuū, simplici modo citra cohobationem rubificatum est vitriolum, vel atramentum rubeum seu citrinum, Rot Vitriol, Kupfferrot oder rot Kupfferwasser. Vitriol biß auff die rot calciniret. Ironice vocatur Heinricus rubeus in derisionem aliquorum ementitorum chirurgorum & circulatorum, qui

hoc ſolo medicamento conabantur omnia vlcera & vulnera curare, & huic vnico remedio tanquam ſacræ anchoræ innitebantur, perdentes potius ægros quam ſeruantes.

Coleritium, eſt liquor compoſitus ex corroſiuis metallorum inimiciſſimis materialibus, quo probatur aurum ad Lydium lapidem affricatu, & cui nullum metallum præter aurum poteſt reſiſtere: Vnde cognoſcitur e veſtigio, vtrum aliud auro permixtum ſit, hoc omne mox euaneſcit mutato colore ea parte, quo coleritium illitum fuerit, cetera non madefacta colorem affricati auri ſeruante. Putum vero ac purum nihilo prorſus immutatur eo liquore.

Collis aſſurgens circa machinæ caſam, Halde.

Colliquatio, colliquefactio eſt plurium fuſilium in igni ad vnum compoſitum, per igneam eliquationem coniunctio.

Colofonia, id eſt, pix Græca, gummi pini vel reſina.

Coloritium, eſt gradatio coloris, per paſtam acutam, quam coleritium etiam nominant. Itaque tingendi quidam modus eſt, metallis principaliter deſtinatus. Nec valet, niſi in ſuperficie. Non enim alte penetrare poteſt, propter corpulentiam, niſi diluatur liquore copioſo paſta, atque ita commutetur in formam lixiuii.

Coloratio per hauſtum liquoris ingredientis, eſt frequens admodum colorationis modus, per liquidam tincturam, quam res colorandæ potare, ſeu combibere coguntur. Id fit pro natura earum diuerſa. Quæ & poroſa ſunt, macerantur in tinctura liquida; vel etiam coquuntur vna, aut irrigantur, perfunduntur que ſæpius, reſiccationibus interpoſitis, donec color placeat. Ita tingunt vulgo vellera, linamenta, ſerica, pannos, &c.

Coloratio externa eſt, cum ſuperficiebus duntaxat color exaltatur.

tatur. Id fit variis modis, quibus aliter atque aliter disponitur subiecti facies externa ad lumen diuersimode terminandum, vnde oritur color diuersus, (isque in eadem specie illustrior & veluti interpollis, vel obliterata priore, ad diuersam nobilior.

Coloratio per calorem solum est modus colorandi, cum e potentia in actum, seu ex occulto in manifestum, color protrahitur, adhibito calore duntaxat alteratorio. Neque solum principali extractionis fine hoc fit, sed & inseruit tincturis arcanis.

Coloratio per ablutionem est, cum fuscedines spiritales, aliæq; sordes colorem obscurantes, mutantesq;, aquis acribus eluuntur, itaque color illustratur exaltaturve.

Colica est tartarus resolutus in intestinis, morbusque fixus in colo intestino, colica diathesis, Bauchgrimmen/die Mutter/ colicampas.

Collecta, symbolum, Zubuß.

Collectam exigere a Dominis, Zubuß fordern.

Combustio est ignitio, corpora comburendo in calcem redigens. Hæc est incineratio vel vitrificatio.

Cometz est gutta semis.

Comisdi, id est, gummi Arabicum.

Comminutio est, cum in minutissimas partes per collisium cum aliquo rem redigimus. Et inseruit ei nonnunquam rei exsiccatio, tostio, cribratio. Nam cum non omnia simul possint attenuari subtilissime, per angustum cribrum excutienda sunt subtilia, & opus cum crassioribus repetendum.

Complexio est natura partis. Alias est qualitas calidi vel frigidi: hoc habet naturam sibi adnatam humidam, illud vero siccam, secundum Paracelsum. Duæ sunt igitur

complexiones, non 4. Nam calidum propria natura ſimplici, non permixta, ſemper eſt ſiccum, & ſi quandoque humiditatẽ admittit, a frigido mutuatur, & hoc ab illo ſiccitatem, quam aliquãdo recipit accidentaliter. Es iſt ein Eigenſchafft aller Dinge / entweder warm oder kalt. Was warm iſt / das iſt drucken / was kalt iſt / das iſt naß oder feucht. Darumb ſindt nur 2. complexiones, nicht 4.

Compoſitio eſt diuerſorum coadunatio.
Eſtque miſtio & conglutinatio.

Commiſſuræ ſaxorum, Abſetzen deß Geſteinß.

Compaſs. inſtrumentum, cui iudex eſt.

Concha, ein Glaß ſchale / vel alueolus vitreus, eſt vas plerumque vitreum in modum aluei formatum, cum ore, & manubrio.

Conder, id eſt, thus, olibanum.

Confirmamentum eſt aſtri corpus in homine, vel corpus ſidereum & aſtrale: Der geſtirnte Leib im Menſchen.

Confortatiua. Confortantia ſunt medicamenta, quæ corda hominum atque naturam corroborant, vt virtus expulſiua eius valeat accidentia noxia quæuis excludere coho. Potiſſima totius medicinæ methodus, in qua totus ſpagiricus labor inſudat. Nam ſibimet ipſi natura Medicus eſſe debet: homo, cui medici nomen tribuitur, miniſter naturæ tantum, & ſeruus veri medici. Si quid vltra præſumat, temerarium eſſe naturæ perſecutorem, imo perditorem dicimus. Was deß Menſchen Natur zu außtreibung der zufälligen Kranckheit ſtärcket.

Confuſio, quæ eſt ſynchesis eſt comiſtio actu liquidorum, quæ per ſe fluere poſſunt. Itaque & conſiſtentia tum partibus, tũ toti aquea eſt ſeu fluida. Quæ enim eliquata ſunt, poſteaque confunduntur, vt pix & cera, vel reſina, &c. principaliter

ſunt

ſunt colliquationis, licet miniſtret illis confuſio obiter, cum & ſine confuſione poſſent congredi.

Congelatio. Wann die Materi dicklecht wirdt / fleiſſet nit mehr / ſondern wirdt zäg / vnd ſtehet feſt / wie Eiß auff dem Waſſer / vnnd da wirdt das harte zerbrochen / daß alles flüſſig vnnd zu Waſſer werde.

Congelatiua ſunt medicamenta fluxus inſiſtentia, cõprimentia, exſiccantia, Was die Flüß zuſammen zeuchet / ſtellt vnnd außdrucket.

Congluten vel conglutinatum, quod ex putrefactione in gluten coloratum vertitur, Was auß der Fäulung zu einem Leim oder Schleim wirdt.

Conglutinatio eſt per glutinum compoſitio, manente natura conglutinatorum. Itaque & reductio hic eſt, ſeu reſtitutio in integrum. Glutinum autem pro natura cuiuſq; varium eſt, & dicitur hic omne, quod viſciditate tenaci coniungit alterum alteri, aut etiam coercet.

Coniugium, copulatio, Die Vermählung deß Mannes vnnd Weibs.

Etliche ſagen / es ſindt dreyerley Zuſammenfügung. 1. Deß Geiſtes / vnd der Erden. 2. Deß Ferments vnd deß Steinß. 3. Der Artzney vnd ſubiecti. Aber allhier reden wir vom Anfang / wann der rothe Mann die weiſſe Frawe mañet / durch Mittel deß Waſſers. Das coniugium iſt / die Zuſammenfügung deß congelirten ſpiritus mit dem auffgelöſten Cörper / alß Theophraſtus ſagt: Wañ das Blut deß roten Löwen / vnd das Blut deß weiſſen Adlers iungiret werden / d' rothe Löw kan zum weiſſen Adler werden / vnd eines auß jhnen. Der rothe wirdt weiß / auff daß der weiß rot werde. 2. Sie ſollen aber lebendig vermählet werden / alßdann löſt das Weib auff den Mann / der Mann färbet vnd machet ſie ſchwanger Dann gehören ſie in

das versigelte Bett/ damit das Weib nicht wegflihe/ vnd endlich in das Bad deß Meers/ das ist/ die schwärtze einziehen der conception. Die Materi leidet/ die Form wircket jhr selbsten die Materi vergleichende. Die Materi begert der Form/ wie das Weib deß Mannes.

3. Der Anfang der Vermählung ist die calcinatio, dann der Mercurius kalcket vnd zerreibet die Cörper. Coitus ist/ wañ die Materi beginnet weiß zuwerden/ dann da geschicht die wahre Vereinigung/ dann der Weibliche Samen coaguliret, vnd wirdt auß jhnen ein drittes/ dann das läst sein Eigenschafft vnd nimpt newe an/ alß eine newe Creatur.

4. Aristotel. Der wahre Sam ist ein him̃lich Ding/ kan nit separirt werden/ ob er wol ein sondere vnderschiedene Krafft ist deß Lebens/ dann es gehet ein lebendiger Geist herauß/ mit der Materi deß Samens.

Constrictiua, sunt chirurgicalia medicamenta stiptica sua virtute labia vulnerum comprimentia: Was zusammen ziehet vnd zwinget.

Consolidatiuum, consolidatura, medicamentum vulnera & vlcera carnibus recentibus explens, & cicatricem obducens, epuloticon, incarnans, sarcoticon: Was das Fleisch in der Wunden gantz macht vnd wider zusammen heilet/ vnd also die Wunde schliesset.

Conseruantia Physicorum præsertim sunt medicamenta vitam & corpus a corruptionib. prȩseruantia. Talia potissimum ex eis rebus petēda, q̃ longiorē vitā ac temperātiorem a natura nacta sunt, qualia sunt vegetabilia, quæcunq; semper virent, longioriq; tempore perseuerant: Inter mineralia, q̃ munialis essentiæ liquoris multũ habent, & inter metalla, quæ sunt ærugini minus obnoxia. Talia non sunt conf. Rosarum, viol. &c. quæ conseruatione ipsamet indigent ac mutuantur a saccha-

ſaccharo: Was deß Menſchen Geſundheit erhaltet/ vnd alſo Kranckheit verhütet.

Conſolida aurea ſophia; Herba folia habens hyſſopo ſimilia, flores rotundos luteos, vt flammula: polygala, thalictrum aureum: Humilis eſt herba, rara pauciſq; nota, familiaris Paracelſo. In Carinthia vulgaris admodum: Reperitur & in pratis Vlmenſibus ad Danubium, & haud procul ab Argentorato: item ſuperiori Alſatia. Iſt gulden Grunſel (hat Blätter wie Yſop/ gelbe runde Blumen wie Hanen Füß/) wächſt bey Vlme/ Straßburg/ im Obern Elſaß vnd andern Orten/ vnd iſt nicht die gulden Gunſel/ die in Kräuterbüchern alſo genennet wirdt/ oder Wellſamen/ Viehkraut.

Conſtellatio ſupernorum aſtrorum in inferna virium & virtutum impreſſio & operatio, quæ conueniunt in concordantiam quandam naturalem: De hac habetur excellentiſſima ſcientia phyſica, quæ phyſionomia ſignata rerum naturalium in Sympathia ſuperiorum ad inferiora dicitur, Vereinigung der vntern Cörpern zu den öbern/ vnd deren Wirckung in einander.

Conterfehe, liquor, quem exſudant parietes fornacis.

Contorſio, tormentum, ileos, voluulum, chordax, ſeu miſerere mei, phragmus, Darmgicht/ Grimmen/ das lang Vbel.

Contus, Schlackeiſen.

Contus ferreus, Stecheiſen.

Contus foſſorum, Brechſtang.

Contus tertius, Gareiſen.

Contus vncinatus, Räumer/ Raumeiſen/ Gletthacke/ Hacke.

Contractio & contractura membrorum eſt impotentia, viriumque ſuarum naturalium deſtitutio, Läme/ wenn die Glieder contract vnd krumb werden.

Conum, id eſt, Law.

Cooſtrum intermedia pars diaphragmatis, Das Mittel deß Leibsleiſt.

Coquere, Sieden.

Cor, ignis, vel maximus ardor, Fewer.
Inter metalla cor dicitur aurum.

Cor ſuffla, Iſt die Unreinigkeit der Cörper.

Corallus, Corallium, Baſſad, Beſed, Baſſath, Beliſis Arabice. Latinis Corallium dicitur & a nonnullis λιθόδενδρον. Methrodorus vocat γοργίαν a fabuloſa forſitan eius origine de capite Gorgonis. Plinius lib. 32. cap. 2. Corallum dici ait, quod occupetur aut euellatur retibus, aut acri ferramento præcidatur. Hinc & dicitur a nonnullis cæralium, ciralium, curalium. Eſt autem Corallium nihil aliud, quam frutex marinus, qui alto extractus induratur, atq; emergit, & protinus concreſcit obfuſo ære. De origine coralliorum Ouid. 4. Metam. pulcerrimam adfert fabulam, nempe hanc: Cum Perſeus caput abſciſſum Meduſæ in arenam ſubſtratis foliis & virgis ad litus poneret, virgæ induruere tactu capitis. Quod fieri cum nymphæ pelagi ſpectarent, & pluribus in virgis contingere viderent, ſparſerunt illas virgas hinc inde per mare, quæ ſemina quaſi manſere coralliorũ. Vnde Poeta idem l.c. ſcite, inquit:

Nunc quoq; coraliis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant vt ab aere: quodq;
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.

Item l. 15. ſic inquit:

Sic & coralium quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit: mollis fuit herba ſub vndis.

Sic lapis lyncurinus ex vrina lyncis aere congelatur, aere in gem̃am coralliũ: & veluti (teſte Plin. & Sol.) vniones molles in aquis exemti protinus aere dureſcunt. Contrarium fieri in almis & ſilice dicit Pontan. in meteoris, c. 44. de amaris fontibus, cum inquit: —Vi-

—*Videas lapideſcere Sarni*
Cæruleo ſub fonte alnum, ſiliciſq; maniplos,
Et paleæ intortos lento cum vimine culmos.

Nam ſicuti planta coralliorũ aere cõgelata, fit lapis: ita alnus & filix herba in aqua fontis ſarni fiũt lapides. Idẽ Seneca fieri teſtatur in aliis locis Italiæ, vt ſi virga vel frons demergatur, lapis poſt paucos dies extrahatur, propterea, quod forſitan circumfundatur limo, qui corpori paulatim allinatur. Sic Ouid. 15. Metamorph. flumen Ciconum carnea viſcera potu docet ſaxea reddere. Sic apud nos in fluminibus quercus nigræ fiunt, & quaſi lapideſcunt. Qualis autem ſit planta vel herba, vel quales virgæ, vnde ita indurentur corallia, parum conſtat. Plin. lib. 32. cap. 2. coloris viridis eſſe plantam dicit, cui ſint candidæ baccæ ſub aqua ac molles: quæ exemtæ confeſtim indurentur, & rubeſcant, quaſi corna ſatiua. Sunt autem Coralliorum tres ſpecies iam notæ, ſcilicet album, **weiß Corallen**/ignotum omnino Dioſcorid. deinde rubrum, **rot Corallen** / lithodendron: tertiũ eſt nigrũ, antipallas, **ſchwartz Corallen:** Et id eũ eſt nigerrimi coloris, quoniam eſt rarũ, in magno nunc eſt pretio. Contra morbum phreneſin, præſentiſſimũ eſt remediũ. In Liguſtico mari primũ dicitur inuentum. Dioſcor. l. 5. c. 86. celebrat rubrum & nigrum. Et rubri patriam Syracuſas docet. Item quodnam ſit optimũ, quodve malum corallium, quæ illi & virtutes medicæ. Plinius loco citat. corallia apud Indos in maximo docet eſſe pretio inter alia, quia illorum aruſpices vateſque baccas corallii gerant, quaſi religioſum geſtamen amoliendis periculis. Et quod Galli illis olim gladios, ſcuta & galeas adornarunt: & quod ſurculi adalligati infantib. tutelã habere credebantur, quam conſuetudinem noſtræ matronæ adhuc retinent. Nam pueris appendunt corallia contra neſcio quos morbos. Imo olim

corallia matronarum & puellarum ingenuarum commune gestamen erāt,ad conciliandam gratiam; Nam hanc illi inesse vim prædicant. Steindali in metropoli veteris Marchiæ nobiles matronę adhuc coralliis sese adornant,interserto argento,certo artificio ad id cōposito. Veteres quoq; magi,qui singulis planetis suo more rebus,quæ his dicatæ erant, sacrificarunt, soli styracem & mastichem, Veneri corallia obtulerunt; tanquam Deæ gratiæ,rem quæ conciliaret gratiam. At nunc aurea sunt secula. Contemtis coralliis nostrę puellæ auro se gratas faciunt,& sibi conciliant formam. Solin.cap.8.de coralliis citat Methrodorum & Zoroastrem, & nescio quas fabulosas enumerat vires corallii cōtra fulmē & typhones. Si vis, vide Serap.l.aggr.c.Bassath. Is fruticis coralli radicē vocat Nigē & Mergē, econtra ramos ipsos dicit Bassath. Auic. etiam corallia tractat. Et hi tribuunt coralliis vim contra Epilepsiam,sanguinem,mala somnia & medicamenta. Vtut tamen fabulosa hæc videntur,testatur experientia corallia rubea albescere,quoties ab homine gestantur iam vicino morti, aut morbo periculoso laboranti,nedū quod corallia, præcipue rubra adusta, maximam vim (quod expertus loquor) habent in frangendo calculo vesicæ. Ceterum de reliquis illorum viribus L.C. cōsule. Sed nec hoc te latere volui, Plin. l.36.c.19.corallium pyriten dici ait, quia illi plurimum sit ignis, sed non est pyrites,i.e.marchasita: nec eius species, de qua supra egimus l.1. Pyrites sic Plinio genus est,non species. Estq; pyrites illi omnis lapis,quo ignis excutitur. Postremo fuerunt, qui docerent contra sententiam horum omnium auctorum,quos citauimus,corallium substātiæ esse terreæ,& reperiri in locis marinis,& montibus,maxime cauernosis locis & in mari exsistentibus. Fieri autem glutinosa & humida viscositate terræ, adhærente lapidibus, quæ condensata sit,

tum

tum propria, tum maris caliditate & ſiccitate, & tranſmutata in ſubſtantiam lapideam: ita, vt quod maiorem habeat aquoſitatem, fiat candidum, ſeu album frigidius rubro, & ſic fieri a natura in modum ramorum arborum. His quid reſpondeam, in promtu iam non habeo. Difficile eſt a ſententia doctiſſimorum virorum, quos iam citaui, recedere. Deinde corallium ex frutice fieri indicat ipſa forma, repræſentans fruticem ramis. Sicuti ergo corallium ingentis magnitudinis aliquando vidi Monachii. E contra ego ad Albim prope oſtium Tangræ, inueni verum album corallium. Quod procul dubio tali modo ex viſcoſitate terræ factum erat, induratum calore proprio & aqua. Inueni & illo in loco ipſos ſilices ramis inſignes. Quid ſi natura gemmam tam nobilem vtroq; modo, ex frutice indurato aere, & ex viſcoſitate terræ faceret, ne deficeret plurimo vſu, aut principiorum internorum vigore, ſalis multum & ſulphuris talium participantium, ideo virtute ſpirituum fruticantium? Sicuti ſæpe videmus res variis modis fieri, vt ego obſeruaui, lubricos illos aquaticos, die Neunauge / itē anguillas & murænas gigni viſcoſitate terræ: deinde mutua attritione ex ſaliuario lentore, quem faciunt: tertio, ex ouo, more reliquorum piſcium. Quamprimum vero excluſi, ſuſcipiuntur in branchias, & illis fouentur (vt Nicander dicit de ſæpia, & lepore marino) a piſce plocено, vt ita dicam, von den Ploßen. Et ab his piſcibus, qui a rubore oculorum dicuntur Rotaugen. Item a murilegulis piſcibus, von den Deuln/qui vorant aquaticos mures. Item a guſteris & Bückelaugs iſtius nominis piſcib. ſicuti mihi piſcatores ad oſtiū Tangræ ſæpe oſtenderunt, ita & lupuli aquatici iam editi ex ouo, ab his piſcibus in branchiis fouentur, propterea lupi aquatici etiam tales non comedunt, nec lædunt, ne nutrici malam referant gratiam. Anguillæ tamen

ingratæ ſobolem talium piſcium veram plurimum comedunt, imo nutricem ipſam, vt cuculus garrucam. Sed redeamus ad Corallia.

Ars quoq; imitando naturam, corallia facit. Factitia enim corallia inueniuntur, quæ optime mentiuntur natiua. Conſule Chymiſtas quoſdam, qui illa probe componere ſciunt.

Corium terræ, Erde.

Cornelius vel corneolus potius gemma ſeu lapis, cuius patria Italia liteoralis, & nunc Germania. Reperitur n. teſte Alberto ad Rhenum. Nota eſt gemma Germ. propter ſigilla annulorum, quæ crebro fiunt ex illa, diciturq;, Ein Corneol. Mihi propemodum ſpecies Iaſpidis eſſe videtur. Sed Cornelius lapis alius eſt inſignit⁹ rubedine, alius remiſſior, coloris carnis: Vnde a nonnullis dici eum volunt Carneolum: alius inſignitus candidis pinnulis, alius candidis lineis: alius omnino obſcurus in rubedine, alius multũ nitet, ſicut miniũ. Ceterũ carneoli vis eſt ſtringere ſanguinẽ, ſiſtere mẽſes, hęmorrhoidas. Fertur & mitigare iras, abſtergit in dentifricio dentes.

Corocrum, i. e. fermentum, Habelln/Sawrteig.

Corpus. Clang. Bucc. Der Cörper iſt ein metalliſch Weſen/ darinn die Krafft deß mineraliſchen Geiſtes ruhet vnd figiret die ſpiritus. Darumb alles/ was fix iſt/ wirdt corpus genennet. Es heiſt auch Subſtantz vnd Eſchen/ dieweils fix iſt/ vnnd hat ein fixen Schwebel Heiſt auch Erd/ Ertzbley/ magneſia, Kalck/ Mutter/ Schlüſſel/ heilige Jũgfraw/ deß Königs Kron. Talck/ Walck Trameß/ Glaß/ Goldholtz/ ſpirit⁹ deß Glätzes/ Meer/ Saltz/ Vrin/ Alaun/ Gumma Scotiæ, Schwefel Waſſer/ ſputum Lunæ, Gum̃a alba, dann es ſein viel Cörper. 2. Die Cörper ſindt nit von Natur dunckel/ finſter vnd ſchwartz/ wann ſie lebend werden/ ſeindt ſie weiß/ hell vnd liecht. Der perfect Cörper iſt fer-

ist ferment, vnd tinctur, das weiß ist imperfect, das rot ist perfect. 3. Corpus ist di Erde/die am Boden bleibet/als gestorben/ dann die Krafft steigt auff mit dem Geist. 4. Die Seel ist die Krafft deß Leibes/di mit dem Geist sublimirt, ist deß Cörpers Oli, der Geist ist aqua Mercurii, der di Seel außzeucht vnnd sublimirt.

Corpus inuisibile est anima: siquidem tenet medium inter corpus visibile, qua de caussa corpus ea parte vocatur, & inuisibile dicitur, quia participat de spiritu inuisibili. Hæ sunt definitiones physicæ, non Theologicæ.

Corpus physicum, est subiectum naturæ.

Corpora supercœlestia, sunt ea, quæ per mentem in imaginatione solum, & non per oculos carneos cognoscuntur. Spagyrorum subiecta sunt mirabilium operum.

Cornu cerui in chymicis est alembici rostrum, Der Schnabel am Alembick. Est etiam in medicinalibus apud Paracelſ. herba vulneraria, ob similitudinem foliorum ad eiusmodi cornua alludentem naturaliter, ex arte signata.

Corrosio est calcinatio res coagulatas per corrodentes spiritus in calcem reducens. Estq; vaporosa vel immersiua.

Corrosio Stratificatione fit calcinatione, cum id, quod corrodendum est, vicissim in vase aliquo sternitur cum pulueribus corrosiuis. Est aũt id, vel in lamellas ducendũ, frangẽdũq; vel in particulas cõuenientes cõminuendũ, veluti limaturã, &c.

Corrosio per pastam fit, cum laminæ metallorũ vel lapidũ, &c. inducantur pulticula coloritii, & veluti emplastrantur. Vnde hoc opus potest emplastratio appellari. Illita lamina reponitur alicubi, donec sit corrosa. Oportet autem pulticulam esse ex separabilibus, vt salibus, chalcantho aceto.

Corrosiua sunt Chirurgorũ medicamenta, quæ callosam & superfluã carnẽ exedunt & absumũt, cathæretica, nemomena septica. Etzende Ding/durchbeissend oder durchfressende.

Cortex æris eſt bracitura, flos æris.

Cortex maris, eſt acetum philoſophicum.

Coraſcus, id eſt, auricula muris, Mäußöhrlein.

Coticula experiri aurum, ſtreichen das Gold.

Craticula, eſt inſtrumentum ex bacillis ferreis quadratis, & digitalis craſſitudinis, iuxta ſe in acutum ita poſitis, vt ſemidigitale ſpatium inter illos interſit, factum focis conficiendis, carbonibus ſuſtentandis inſeruiens.

Crater, Keſſel/der oben weit/vnden eng.

Creta nigra, id eſt, ſulphur nigrum.

Creta argentaria, in qua micæ argenteæ internitent, Silber-Kreide. 2. Rara mollis, Gute Schreibkreide. 3. Dura, Steinkreide. 4. Lutea mollis Waldenburgica, quæ facilime lineas ducit. 5. Tophacea. 6. In cinereo violacea dura. 7. Cœrulea, quæ effoditur in Thuringia prope oppidum Mogellam, qua fabri in pingendis parietibus vtuntur. 8. Viridis dura. 9. Subuiridis. 10. Nigra mollis. 11. Nigra mollis argenteis maculis nitens. 12. Nigra dura, harte ſchwartze Kreiden. 13. Fabrilis candida, ex qua Catalani ad Matronam parietes & muros exſtruunt. Vnde etiam Argieræ portus exſtructus dicitur.

Cribratorium, Sib/Räuter/iſt aludel. Dieweil es tröpfflich fället/heiſt auch calcinatio, cribrum, Sieb/iſt auch Mercurius. Senior ſaget: Reutere es mit dem Reuter vnd Faden/das iſt/mit Helm vnd Kolben/da es herauſſer rinnet/wie ein Faden: ſie nennets auch ein Faß auß dem andern.

Cribrum, Sieb/Reder.

Cribrum rotundatum, Siebreder/ſo einen Kupfferen Lauff mit einem eiſeren Boden hat.

Crocus aurichalcum. Item △ mit ſeinen Geſellen ſicciret.

Crucibulum, eſt vas fuſorium, ex terra igni contumaciſſima factum, acutiore baſi, & tereti in ampliorem capacitatem forma trian-

ma triangulari vel rotunda desinentem, ad fundenda & eliquanda mineralia & metalla formatum. Fit etiam crucibuli species, quæ vulgo testa, Treibscherb/ appellatur, fundendis metallis adæquatum.

Crucus flos, Saffranblum.

Cruor salis, est sal egestum siue separatum a primo sale vitio secundæ digestionis, Das geschnittene Saltz von dem ersten Saltz an dem Dawung.

Crustæ, Schalen.

Crystallus, lapis est concretus gelu vehementiore ex niue, glacieque, nec reperitur alibi, quam vbi maximæ hybernæ niues rigent. Et glaciem esse certum est, quia impatiens est caloris. Hinc & nomen habet. Mittit illum oriens, India, Asia, Cyprus, iuga Alpium, teste Plin. l. 37. c. 2. Vbi & citat auctorum sententias de eius patria & magnitudine, nempe reperiri in terreno, in fodinis & inter cautes & deportari torrentibus. Certe fluor iste candidus, qui in nostris reperitur fodinis, de quo supra egimus, est per omnia similis crystallo. In cautibus alpium inuiis, quo radius solis nunquam peruenire potest, adhuc miræ magnitudinis nascitur. Nec mirum est. Illic n. nix non resoluta permanet, & semper quotannis alia superadditur. Plin. nasci sexangulis lateribus dicit crystallum per se. Ego crystallos planos & triangulares vidi, forsitan arte ita paratas. Nam veluti Electra, ita crystalli arte parantur & absterguntur. Infestantur vero crystalli vitiis quamplurimis, scabro, rubigine, maculosa nube, occulta vomica, præduro fragilique centro & sale, capillamentis rimarum. Quæ vero puræ nec spumei coloris, limpidæq; appellantur a Plinio Acenteta. Ex his optima vasa & pocula parantur: nunc quoque adeo iuuat hoc & gloria est luxuriæ, habere statim, quod pereat. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Cererum cry-

ſtallus habet vſum medicum in cremandis corporibus. Poſita ſub lingua dicitur reſtinguere ſitim. Trita ac melle mixta mulieribus auget lac. Habet & alias vires & vſus. Conſule de cryſtallo Solin. in Polyhiſt. c. 20. Veteres Aſtrologi cryſtallum Soli dicarunt. Chymice Cryſtallus ſeu glacies eſt lapillus fragilis per congelationem chymicam factus. Congelatio autem eiuſmodi fit, humore aqueo ſecedente & congelabili ſucco conſiſtenti, in formam lapilli, quod ſine calore euidenti etiam in cella fieri poteſt. Si tamen pars aquoſitatis diuaporando diſſipatur, opus procedit citius. Itaq; & lixiuia glaciei ſolent decoqui ad craſſitiem ſapalem, aut ſedimento facto, quod aqueum innatat, depleri. Reliquum congelat eo facilius.

Cryſtallus multiplex. 1. Cryſtallus puriſſima ſexangula ex Alpib. Ein Cryſtalle wie ſie in den Alpen vnd hohen Gebirgen gefunden. 2. Cryſtalli ſexangulæ translucidæ e Bohemia cum pyrite. 3. E monte artis Cribenſteiniæ in Miſnia effoſſæ, So liecht vnd ſchön / wie ein lautres Bronnen Waſſer.
4. Sexangulæ impure, Wolckichte vnd vnreine.
5. Citri colore fulgentes, Gelblichte.
6. Politæ, & in varias figuras formatæ, Geſchnittene oder gepolierte. 7. Combinatæ, tinctæq; cinnabare, Meyländiſche.

Cubil, terra rubea.

Cuculatum, maius aqua vitæ, Brannten Wein.

Cucurbita, ein Kolben. Eſt vas plerunq; turbinatum in cucurbitæ vel pyri formam vtero turgeſcens. Cucurbita alia fundo globoſo prædita eſt, alia plano.

Cucurbita agreſtis, Erdapffel.

Cucurbita cœca, vas in quo diſſolutiones ſalium aliarumq; rerum, mit dem Dunſt colirt, oder durchgeſiegen werden.

Culatum, id eſt, calcinatum.

Cul-

Cultellus, Klinck.

Cultellus vtrinq; acutus, Messer.

Cuneus, Keil. Cuneos secare in partes, Ertz mit Messeln zuschrotten.

Cuneus ferreus, Schleiß Eisen.

Cuneus subscus, Messel.

Cuniculus habens ius possessionis, Treug Stollen. Cuniculum agere, Stollen treiben.

Cuperosa, id est, æs vstum, it. Kupffer Rauch.

Cuperosum, Ist ein Ader der Erden/ein Ertz Ader.

Cuppa, Battich. Cuppa parua, Bötte.

Cuprum, æs, Venus idem, Cancer.

Cuprum rubeum, incompletum, Rohes Kupffer.

Curcuma, Ist eine gelb oder die da genennt wirdt Siradonia, das die Ferber auch brauchen.

Curtuma, Cursuma, id est, Chelidonia minor.

Curuatura rotæ, Folgen.

Cutis, Rott.

Cycima, lithargyrum, Silberglett.

Cydar, id est, Iupiter.

Cymolea vel Chymolea, Schilffe.

Cymolia, Weisse Wäsch Erdt/weiß Silberglett/Mergell.

Cynnia, Cymia, Carora, i.e. vas simile vrinali. Wie ein Harm-Glaß.

Cynnabar, zingifur, id est, Cinobrium.

Cyrœnia, crocomma, id est, fex olei, & de croco.

D

DAbat, id eſt, viſcus.
Dach, Saxi ſpecies.
Dactiletus eſt hermodactylus, Zeitloß.
Daib, id eſt, aurum, deheb, deheheb, deab.
Danic, id eſt, pondus ſex granorum.
Daniti, Ein Gewicht/6. Gerſten Körner.
Danſir, denſir, id eſt, arena.
Daram, id eſt, gemma.
Daran, damatan, eſt gama.
Daura, Elleborus, Chriſt Wurtz: alii aurum foliatum intelligunt, Geſchlagen Goldplätter.
Debeſſis, id eſt, teſtudo.
Decimar, Iſt Bley in der Natur Zinß.
Decuma, Zehende.
Decumanus, Zehender.
Degegi, id eſt, gallina.
Dehen, Arabice, Heiſt allerley Oel/ außgenommen Baumöl/ dieß heiſt Zaic vel Zaich.
Dehene, id eſt, ſanguis.
Dehenes, id eſt, atramentum, duenes.
Dehenez, duenec, duhenec, id eſt, vitriolum Romanum.
Deliquium eſt deſcenſio frigida, quādo corpora coagulata cellæ, aeri, puteo, aut alii frigido & humido loco ſuper marmore, tabula vitrea, vel in manicā Hipp. (vt vocant) expoſita, externæ humiditatis hiſce corporib. ſeſe adiungentis adiuuamine, in liquorem reſoluuntur, & in ſubiectum vas defluunt atq; deſtillant. Reſoluuntur autem in frigido potiſſimū pulueres calcinati, ſalia, & eiuſmodi alia corpora ſalium naturam redolentia. Sed omnia, quæ in frigido reſoluuntur, in calido rurſus coagulantur.

Deli-

Deliquium in aere eſt liquatio cõcreti, quæ fit, inſinuante ſe humiditate externa, & ſiccitatem reſoluente, vt fluat. Ita reſolutum quod eſt, liquor vocatur, & conſiſtentiam habet aqueã. (Quanquam n. & lapides calcarii diſſipentur, ab humiditate aerea vel aquea; tamen hoc nec liquatio eſt, nec liquor, quod inde exſiſtit, appellatur.) Deliquium eſt duplex: Vaporoſum, & Embapticum.

Deliquium vaporoſum eſt, cum res in ſubtilem puluerem redacta aeri vapido exponitur, & humeſcendo in liquorẽ ſoluitur. Ille vero aer vapidus modo calidior eſt, modo frigidior, qualis eſt ſubterraneorum irriguorum. Et res ſoluenda niſi per ſe ſit apta, ad ſalis potiſſimum vel ſimilium naturam elaborando adducitur, quod fit maxime calcinando, aut ad eam ſiccitatem redigendo, quæ humiditatem externam auide combibat & diffluat promte. Neceſſe enim eſt, tenacem compagem ſolui, & friabilitatem quandam ſalis induci.

Deliquium embapticum eſt, cum res in humorem demerſa eovſq; detinetur, donec delicuerit. Hoc fit dupliciter. Nam res aut vaſculo cõtenta im̃ergitur, vt ipſa humoris ſubſtantia non accedat, vel ſaltẽ tenuiſſimus ſudor permeet, veluti, cũ in vaſe cereo, vel veſica bubula imponitur, & cum delicuit, extrahitur; quæ res, ſi humor eſt calidus (q, fit plerunq;) ſimulacrũ balnei eſt: aut in ipſum humorem ſinitur diffundi, ſeu nude, ſeu lintea petia interueniente, qua ſimul ſegregentur ſordes. Et hic quoq; vel frigidus liquor eſt, quo pacto gummi, ſucci inſpiſſati, vt ſaccharum & cet. ſolui poſſunt, vel indiget calefactione, vt in manna, & ſimilib. pinguedinem, ſuccumve tenacem habentib. Humor ille, qui eſt medium ſolutionis, talis eſſe debet, vt, ſi eum ſegregatum cupimus, facile poſſit denuo ſeparari, nec peregrinam qualitatem inuehat ſoluto, niſi ſtudio quærimus ſimul alterationem eiuſmodi.

Dem, dehin, id eſt, ſanguis hominis.
Demenſum, Leſchen.
Demenſum duplicatum, Wehr.
Demetiri, Vormeſſen.
Demotiuus lapſus, id eſt, repentina mors, Der gähe Todt.
Denequat, id eſt, borax.
Denſes, Kimen.
Dens pili, Dümling.
Dentes pili, Zacken.
Dentes axis, Hebarmſtrich oder Hebeblatten.
Denodatio, id eſt, diſſolutio.
Derquet, id eſt, vernix.
Derſes eſt occultus terræ fumus ſeu vapor, ex quo naſcitur omne lignũ & creſcit, Ein Dampff/ darauß die Bäume wachſen.
Deſerere fodinam, Aufflaſſen.
Deſcenſio, Niderwers diſtilliren. Vel:
Deſcẽſio heiſt/ wañ ein Ding geringer wirdt/ alß er war/ alß wañ das Sol wirdt Mercurium: Darnach heiſt es auch vnter ſich fallen vñ treiben/ wañ ſich die Dämpff wider herab ſetzen/ dardurch wirdt das Waſſer auß d' Erdẽ gezogẽ/ vñ widerũb drauff gegoſſen/ immer in einẽ Glaß bleibende/ vñ eben das iſt auch jhr.
Deſcenſio eſt, quando partes ſubtiliores deſcendunt. Illa eſt calida, vel frigida.
Deſcenſio calida (vulgo diſtillatio per deſcenſum) eſt liquoris e corporib. diſſoluti, inuerſo vaſe deſtillatio. Diſſoluuntur aũt inprimis hac deſcẽſione omnis generis ligna, oſſa & alia, quorũ liquor pp̃ grauitatẽ aſcẽdere nequit. Et fit hoc modo: Accipio cucurbitã terreã, eiq; diſſoluendorũ fragmẽta impono, eaq; ne inuerſa cucurbita decidant, nonnullis maiorib. fragmentis, vel bacillis tranſuerſe iuxta ſe poſitis tego. His peractis aliã cucurbitã, in qua parũ aquæ ſit, huic inuerſæ applico. ita, vt

ita, vt superior exacte cum inferioris orificio conueniat, sed inter vtramq; laminam aliquam satis fortem ferream instar lancis concauã, & perforatam collocatam esse decet, q̃ decidentia fragmenta, ne in suppositũ vas dilabant, detineat. Tãdem optimo luto clausuras obfirmatas arefacio, vasq; in sua fornace pono, & vas recipiens in arena vel cineribus colloco, vt ab ignis violẽtia tutũ humorẽ depressum eo facilius recipiat.

Descensio frigida est, quãdo liquor dissolutus in frigido descendit. Estq; deliquium vel filtratio.

Descensum, descensorium, fornax, furnus chymicus, in quo deorsum descendit liquor a crassa materia separatus, Ein Offen/ darinn man vnder sich treibt.

Descendere, heist flüssig machen/zusammen schmelzen.

Descendere gradib. saxo incisis, Einfahren auff gehawenẽ Stuffen.

Destillatio, Ist ein Reinigung vñ Clarificirung.

Destillatio est ꝓlectatio, qua essentia extrahit' forma liquoris, & coagulata defertur per stillicidiũ, translata a vase materiæ in excipulũ deorsum locatũ. Quod itaq; destillandũ est, resolubile in consistentiã humidã esse, necesse est, aut cũ humore esse, siue is conatus sit, siue foris adiectus: Sunt aũt talia maxime vaporosa, & q̃ spiritus oleosos habent. Vnde si destillanda ꝑ naturã non sunt talia, per artẽ eo sunt deducenda. Et est inuenta destillatio, essentiæ extrahendæ gratia principaliter, quanq̃ & famuletur abstractionib. depurationib. & similibus.

Destillatio per ascensum est, cũ antequã destillet extractũ, sublimatur specie aerea. Debetq; ea esse continua, ab initio ad finẽ cũ opere interrupto vix ascendat id, quod reliquum est.

Destillatio per descensum est, cum absq; eleuatione prolectatus humor deorsum destillat.

Destillatio per inclinationẽ est, q̃ fit vase continente materiã in latus inclinato, rostro deorsum vergente. Illud vas, cũ plerũq; sit retorta, ẽt destillatio per retortam opus nominatur. Non

nunquam, & destillatio per descensum dicitur, quod parua fiat eleuatio, indeq; maxime deorsum reflexio, vel quod spiritus maxime deorsum reuocentur, & sine alembico in curuatura coagulantes descendant.

Deuexum vel decliue montis, Das hangende oder gehänge deß Gebirgs.

Diamascien, Dyamassien, i.e. flos æris, deliatiteos.

Diapencia, id est, alchimilla, Sinnaw.

Diaphoreticum, sudoris expulsiuum, was den Schweiß bringt.

Diaphanum est id, quod transparendo lucet, Durchscheinig.

Diasatyrion est confectio Venerem excitans.

Diatessadelton, est mercurius præcipitatus.

Diathetis, Eine angeborne Art oder Natur.

Dienez sunt spiritus duriorum lapidum habitatores.

Dikalegi, dicalegi, ditalem, id est, stannum.

Dilutum, Laugen durch Erdrich gemacht.

Dimidiatæ armilæ ferreæ, Pfännlein.

Dyonysius lapis, seu Dyonysius gema a Baccho nomen habens, est gema nigra, seu fusca, dura, mixta seu sparsa rubentib. maculis, guttulis, seu notis, q̃ trita ex aqua saporẽ vini & odorẽ facit. Inde resistere fertur ebrietati, quia resoluit & expellit vapores, vnde fit ebrietas. Gema pretiosa, de qua cõsule & Plin. l.37.c.10. Sol. in polyhist. c.40. Alber. in suo lapidario, & alios.

Diphryges, tria sunt genera, seu species, secundũ Dioscor. lib.5. c.69. Primum est genus scilicet natiuum metallicum, quod in Cypro gignitur, & extrahitur solũ lutosum: ex luto cuiusdam specus, & extractum sole siccatur, & mox circumpositis sarmentis vritur. Et ideo dyphriges vocatum est, quod a Sole, & a sarmentis vratur, torreatur & arescat. Natiuum genus hoc diphrygis ex materia simili calchanthi constat. Humor n. est instar limi per venas delabens. Creditũ est, quod in sola Cypro nascatur. Sed Goslariæ talis res gignitur in spelũcis, flauum

flauum est, colore ad misy, accedit: Sed non est ita aridum & splendens. Eructat ex ipsa terra. Illud colligitur e sarmentis, & sole aduritur, inde biscoctum dicitur. Hoc natiuum aliquo modo est in vsu apud nonnullos chirurgos. Islebiæ si pyrites esset, & nō lapis ille fissillis Der schifer/illud q̧ dicitur Dt: saw/ferme hæc esset prima species diphryges. Reperitur & in iisdem fodinis Islebiæ, altera quasi species dyphrygis natiua, q̄ dicitur Gerstenstein. Et sic, si bene cōsideras, duas nos species habemus natiuas diphrygis Secūdū genꝰ diphrigis est factitiū, q̧ iterū duplex. Primū est nihil aliud, q̃ fex sub sidens perfecti æris: Quemadmodum molybdena factitia fex est argēti, ex qua fit ὑδράργυρον vt supra docuimus. In summa diphrygis prima species factitia est fex æris perfecti subsidens: & fit simul cum flore æris, Wann man daß Ertz oder Kupffer abkühlet/ obfusiōe frigidæ aquæ, sublato ære, fornacū in ima parte cohærens inuenitur, habens adstrictionem & gustum æris. Cæterum an iam etiam nostro tempore fex æris sic fiat vna cum flore æris, vt vult Dioscorides, inquire a coctoribus æris, von den Schmeltzern. Alterum genus factitiū diphrygis est simpliciter, quando pyrites vt calx concrematur in camino, donec rubescat vt rubrica. Hanc speciem tradit Dioscorides etiam fieri, secundum nonnullos, ex sola materia, quæ lapidē æris gignit, quando afflatur. Et hæc species adulteratur ochra exusta. Verum sapore possunt discerni, nempe sic: Diphrygis species vsta ex pyrite ipso, aut eius materia, saporem habet æris, æruginisq;, astringentem & exsiccantem linguam: Ochra autem adusta, nec quicquam talem habet saporem, nec vim. De his speciebus diphrygis, cōsule & Plinium libro tricesimo quarto, capite decimo tertio: Serapionem libro Aggregationum, capite Diphrygis, Estq; diphryges aptissimum medicamentis, astringit, perpurgat,

exstergit, siccat, excrescẽtia cõsumit, ad cicatricẽ vlcera perducit. Sed proh dolor, nulla iã diphrygis est nota chirurgis, imo neq; habetur in pharmacopoliis, adeo res bonæ cõtemtæ iacent socordia. Vtinã talia reuocarẽt ad vsum medicũ nostri Physici. Sed surdis narro fabulam.

Diphryges: 1. Quod remanet in fornacis fundo, postquam æs effluxerit, Vnder Offenbrüch.

2. Quod a pyrite eroso gignitur, Vnder Offenbruch von Kupffer kieß.

3. Quod a lapide æroso cremato prouenit, So võ geröste Kupfferstein werden.

4. Mansfeldium, Von Manßfeldischem Schiffer.

5. Cinis, qui in catinis & fornacibus remanet, Offen Asche/ harte Asche.

Digestio, heist eine Enderung eines Dings in ein anders durch Ermallung vnnd Kochung der Natur.

Digestio est maturatio simplex, qua in calore digestorio res incõcoctæ digerũtur. Id enim est digerere, ad modũ digestionis naturalis ciborũ in vẽtriculo, competente cuiuis calore, cõcoquere, & dispositũ ad vim exserẽdã reddere. Ita etiã intractabilia digerẽdo euadunt operibus apta & mitiora: Et si quid inest semicoctũ, perducitur ad partiũ absolutarũ cõditionẽ, vt postea eo abundãtior sit essentiæ messis. Hoc nomine digestio inseruit nõnunq̃ elaborationib⁹: & alio vocabulo etiã, Maceratio appellatur. Apud Mesuẽ etiã Nutritio, (veluti cũ scoria dicitur diu aceto nutriri, pro macerari.) Immitis enim pars, seu succus quasi edomatur, vt mitis fiat, & nõ tantũ essentiã augeat, sed & facile abstrahi a fæcibus inertib⁹ possit. Nam maceratio quandã vim habet penetrãdi, reserandi, & ab impuritatibus liberandi. Vel:

Digestio est operatio vel gradus chymicus similis ven triculo, in quo & per quem materia coquitur in melius ad separa-

tionē puri ab impuro: Weñ mã ein Ding kocht im Gloß vnd in ein ander Weſen bringt. Nonnunquam pro vitro, in quo magiſterium hoc adimpletur vel furno. Vel:

Digeſtio eſt ſubtiliatio κατεξοχὴν res crudas in calore digeſtiuo diſſoluens. Eſtq; putrefactio vel extractio.

Digeſtio in athãnore fit, quãdo turri athãnoris carbonibus ad ſummũ vſq; impleta, ignẽ in foco accẽdim⁹, & ferrea ſpatula vel regiſtro pro noſtro arbitrio oſtiolũ, calorem ad athãnos trãſmittens, dilatam⁹. Quomodo autẽ calor ille dirigi, hoc eſt, quãdo remiſſior aut intẽſior eſſe debeat, diſcors eſt Philoſophorum opinio. Quidã enim naturæ operationẽ (vt aiũt) æmulãtes cõtinuũ eũdemq; a principio actionis vſq; ad finẽ calorẽ requiri cõtendũt. Alii in grad⁹ diſpeſcũt, vt principio nimirũ ad albedinẽ vſq; prim⁹ grad⁹, inde ad flauedinẽ ſecũd⁹, ad finẽ autẽ, q eſt vberrimæ rubedinis, terti⁹ adhibetur. Cui ſentẽtię & nos, plurimis tã autoritatib⁹ q̃ rationib⁹ inducti adſtipulamur, alterã ſuis auctorib. opinionẽ relinquẽtes.

Diſceſſus fit, Cum penitius vnita caloris ſoluentis potiſſimum efficacia ſeparantur, diſceduntq;. Hoc perficitur exſpiratione, & reſolutione commiſtorum.

Diſceſ⁹ p exſpirationẽ eſt, cũ pars in ſpiritũ attẽuata diſcedit. Et exſpiratio tũc nominat̃ principaliter, cũ in aerẽ liberũ eleuat̃, demittiturq;. Qñ n, excipitur, deſtilllatio vel ſublimatio nũcupatur, q̃ operationes nõnunquã ẽt p exſpiratione famulãtur. Eſt autem exſpiratio in humidis vapidiſque.

Diſcretores, Ertzpucher.

Diſcus ſolis eſt, argentum viuum ex auro.

Diſpoliare, iſt auffloſen Todten/ Corrumpiren.

Diſtillatio, Dröpflen/ Diſtilliren.

Diſtillatio ſeu eleuatio humida recta eſt, qua partes humidę ſubtiliores in æthera eleuatæ, & frigidis alembici cameris adhæ-

4. Candidi, pellucidi, quadranguli, adamanti ſimiles, & adhærentes marmori metallico rubro, Den Demutpuncktꝛen gleich an einem roten Spatt.

5. Candidi metæ figura, in parte ſuprema pellucidi, in ſaxo metallico candido, qui Coriandri granis ſaccharo obducti ſimiles ſunt: quibus quaſi ſcintillæ, ex pyrite aurei coloris adhærent, Weiſſe Flüſſe in Fleckquertzen / die da ſehen wie vberzogner Coriander / darein Körnlein von gelben Waſſerkieß geſprengt.

6. Longi, candidi, pellucidi, ſexanguli, in plumbagine & pyrite candido aquario, Auff einem Glantz vnd weiſſen Waſſerkieß ſtehendte.

7. Candidi, pellucidi, quinquanguli, in ſaxo metallico, aſpero, In rauchen Fleckquertzen.

8. Longi, candidi, pellucidi, ſexanguli, in mica coloris argentei, In einem weiſſen Glimmer / oder Katzenſilber.

9. Candidi, pellucidi, inſtar ſquamarum concreti, Schuppichte Flüſſe.

Fluores cinerei. 1. Longi, cinerei, ſexanguli, pellucidi in lapide duro cinereo, echino marino ſimiles: in quib. granula pyritis argentei coloris ſunt inſperſa, Einem runden Meer Igel gleich / daran viel Körnlein von Waſſerkieß geſprengt.

2. Subcinerei metæ figura, Grawe ſpitzige Flüſſe. 3. Sub-

3. Subcinerei teſſellati, Grawe viereckichte.

Fluores nigri. 1. Fluores nigri, quadati, non pellucidi, Schwartz viereckichte Flüſſe.

2. Nigerrimi angulorum multorum: lapillis nigris, ex quibus plumbum candidum excoquitur, non diſſimiles, Schwartzen Zinngraupen nicht vngleich.

3. Glebosi, Gagatem repræſentantes, Einem Schwartzen Aagſtein gleich.

Fluores cœrulei. 1. Cœrulei pellucidi, quadrati, ſapphiro ſimiles, Blawe durchſichtige Flüſſe.

2. Non pellucidi.

Fluores purpurei. 1. Colore amethyſtino, ex lapide Trebiſa inuento, Braune Flüſſe/wie Ametiſten.

2. Ex geode Moteſchano, Auß dem Stein zu Motſchen.

3. In marmore metallico in candido rubente, In einem leibfarben Spatt.

4. Quadrati in mica candida dura, In einem Glimmer.

5. Quadrati pellucidi, pyrite argentei coloris obducti.

6. Non pellucentes, e quibus chryſocolla effloreſcit, Darinn Berckgrün wächſt.

7. Purpurei viridibus ſtriatim appoſiti & permixti.

8. Aldenbergii ſanguinei coloris, intus albi, foris aqua metallica tincti.

Fluores phœnicei. 1. Phœnicei coloris, acuti & ſexanguli, Caſtanienbrawn.

2. Longi, phœnicei coloris, ſexanguli, non pellucidi, cum fluoribus candidis glebosis, echino marino ſimiles, quibus adhæret ochra natiua pulcerrima, Dunckelbraune / lange / ſechßeckichte Flüſſe / an einem weiſſen fletzigem Flüſſe / an welchem ſchön Ochra hängt.

Fluores flaui. 1. In candido flaui, longi ſexanguli, pellucidi, in marmore metallico.

2. Flaui, pellucidi, cũ marmore metallico cinereo, in quib⁹ lapis plumbarius sexangulus. Neben einem grawen spatt/in einem sechseckichten Glantz gewachsen.
3. Tessellati pellucidi, cum pyrite argentei coloris, in lapide simplici cinereo.
4. Solidi: qui in superiore corio fluoribus candidis sunt, quasi micis salis grandioribus conspersi, Als were sie mit grobem Saltz bestrewet.
5. Flaui, Hanobriani, pellucidi, crustosi, lapidi speculari similes, Gelbe durchsichtige Flüsse.
6. Pellucidi, Chrysolitho similes.
7. Pellucidi, Topazio similes.
8. Pellucidi quadrati, candidis fluoribus obducti.
9. Trianguli pellucidi, pyrite aurei coloris obducti.
10. Crocei coloris, pellucidi, quadrati.
11. Falerni coloris, succino similes.
12. Flaui coloris, non pellucentes, acuminati, sexanguli, Rohtgelbe Spitzige mit sechs Ecken.
13. Altenbergii flaui, intus albi, foris crocei, colore tincti aqua metallica.
14. Non pellucentes, quadrati, conspersi in supremo corio, quasi arena, quæ est aurei coloris.
15. Eiusdem generis in corio conspersi magnetide, Sehen/ wie sie vbersilbert weren.

Fluores Virides. 1. Virides, tesseris similes, pellucidi, prasini coloris, Grüne würffichte Flüsse.
2. Pellucidi, smaragdo similes.
3. Virides cum luteis pellucidis striatim mixti.
4. Quadrati: in quibus innata plumbago, quæ est etiam tesselata, Darinn viereckichter Glantz.
5. Solidi, qui in superiori corio fluoribus candidis sunt quasi

micis salis grandioribus, consperſi.
Fluores non pellucidi & imperfecti. 1. Fluores candidi, imperfecti, non pellucidi, Weisse vnzeitige Flüsse.
2. Longi, candidi, nō pellucidi, ſexanguli, tigni forma erecti in pulcerrimo pyrite coloris argentei, Lange weisse Flüsse in einem schönen Wasserkieß.
3. Longi, candidi, pellucidi, ſexanguli: qui vna parte lapidi metallico candido, qui granis coriandri ſaccharo obductis ſimiles ſunt, & cui quaſi grana pyritis aurei coloris ſunt inſperſa, Am halben theil mit weissen knorrichten Flockquertzl/ Die vberzognem Coriander gleich/bedeckt/darein Körnlein von Goltkieß gesprengt.
4. Longi, candidi, ſexanguli, non pellucidi, forma tigni erecti, in galena teſſalata, In einem V. ürfflichtem glantz.
5. Candidi, nō pellucidi, qui granis pulcerrimis pyritis argētei coloris & fluoribus purpureis mirifice ſunt ornati, Auff einer seitten schön weiß/auff der andern voller wasserkieß körner/vnd braunen Flüssen.
9. Cādidi nō pellucidi, ſexāguli, pyrite aurei coloris obducti.
7. Candidi non pellucidi; qui in carbone molli ſunt nati.
8. Longi, erecti, ſexanguli, candidi, in ſilice cinereo, ex vna parte veſtitu paruis & exiguis ſquamis diuerſi coloris, partim luteis, partim rubeis, partim cinereis, partim nigris, quib⁹ ſunt inſperſa grana pyritis aurei coloris, durchauß halb alle gleich mit kleine dünnē/gelben/rohten/äscherfarben/vnd schwartzen schuppen/darinnen gelbe kießkörner gesprengt/bekleidet.
9. Candidi cruſtacei, non pellucidi, Schürblichte Flüsse.
10. Cādidi plani, lapidi ſpeculari ſimiles, Wie vnser Frawen Eyß.
11. In candido purpurantes quadranguli & ſexanguli e gæode Moteſchano.

12. Candidi, in quibus argentum purũ capillare candidum, Mit gediegnem Harsilber.
13. Candidi stiriarum instar concreti.
14. Candidi, spinis rhamni similes, ex pyrite aurei coloris assurgentes, quibus innumerę squamæ quasi affixæ sunt, Wie Dörner / daran viel Fischschuppen / gleich alß mit fleiß gesteckt (sein.
Focus excoctorum, Herd im Offen.
Focus, in quo plumbum purgatur, Floßherd.
Focus extra domicilium, in quo massæ plumbeæ liquantur, Zulaß Herd.
Fodina, euniculus, Zech / Grube.
Fodinarum fructus exstans e fornace, Außbeute.
Fœdula est species fungi, Pfifferling.
Fœnix vel phœnix, filius vnius diei, Der Philosophisch Stein.
Follis, Balg.
Folles spiritales, fünfferley / Wetter Blaßbälg.
Folia daturæ quasi folia aurea.
Folia, Blätter / ist das rein abgesonderte. Wañ sie sagen / vertite aurum in folia, das ist / soluirt zu Wasser / daß die Seel rein möge auß gezogen werden / die Schwefel ist / vnd tingiret.
Fon, id est, sonus vel vox.
Fons Philosophorũ, balneum maris, Mariẽbad Philosophischer
Foramẽ superioris tabulati folliũ, Spundloch. (Breñoffen.
Foramen spiritale follium, Windfang.
Foramen fistularum, Item trunci, Gepor.
Foramina spiritalia, Windlöcher.
Fores, quibus vectes insunt, Strodel.
Foricula, Thorlein / Ventilthürlein.
Forceps, Zang mit einem Hacken.
Forceps ferreus, Zang / darinn man Kugeln geust.
Forfex (ein Klufft) est instrumẽtũ oblongũ, & biceps, q̃ manib. facile comprimi dilatariq; potest, igni imponẽdis, dirigẽdisq;

prunis atq; vasis aptum. Est & alia forficum species, qua vasa tantum ex igne sustollimus, quæ instar forcipis complicatur.
Formæ rerum i.e. influxus cœlestium, quos a superioribus habent inferiora: occulta potentia, vis & virtus cuiusq; rei.
Formicæ, verrucalia vel porralia apostemata, sessiles verrucæ, formicantes, formicationes, myrmeciæ, **dief gewurtzelte Wartzen/ Ohnmeissen Wartz.**
Fornax, **Heintze/ Offen / sein vielerley.**
Fornax prima vitrariorũ, & etiam ea, in qua excoquuntur venæ, **Schmeltzoffen.**
Fornax, in qua plumbum ab argento separatur, **Treibherd.**
Fornax, in qua argentũ & plumbũ ab ære secernũt, **Seigeroffen.**
Fornax, in qua ferrum excoquitur, **Rennherd.**
Fornax, in qua panes ærei torrefacti coquuntur, **Gerherde.**
Fornax in qua calefiunt panes ærei, **Wärm Offen.**
Fornax, quæ foraminibus vento inspiratur, **Windt Offen.**
Fornax furno similis, **Spleiß Offen.**
Fornax anemia e ferro fit instar tripodis, cũ conisterio, & foco, q̃ duæ regiones p craticulã discernunt. Conisteriũ clauditur ianua ferrea, p quã aer subintrat. Focus aũt est apert⁹ & intus luto crasso inductus. Ergastulũ est liberũ spatium. Plerunq; n. accõmodantur res per sartaginem, ollam, catinũ triangularẽ, & similia, ita vt insistant prunis, vel parumper demittantur. Quanquam aũt ignis nonnunquam ẽt flabello, vel follib. intendatur: tamen subintrantis aeris seu venti vis potissima est. Itaq; & eo in loco collocari debet, vt ianua conisterii vẽto vel aeris motui exponatur, sitq; nullus alius exitus vndiquaq;, fenestris & aliis partib. clausis, præter sursum tendens fumariũ, vt ita aer cogatur eo per prunas elabi. Id autem tunc maxime fit, cum liquare aliquid magno igni aut calcinare volumus.
Fornacis magister, **Garmacher.**

Fornacula, Probiroffen.
Fornix, Boge.
Forniculæ, Schnapperlein. Fossa occulta, Felort.
Fossa latens, Leng/Querschlag.
Fossa latens iuxta lacunam, Außgeworffen Ortlein.
Fossam latentem substruere, Kasten schlagen.
Fossam patentem ducere, Rosch treiben.
Fossos ducere, Scherpffen.
Fossor, Hauwer / Berghauwer.
Fossores, qui collegerunt intorta, Krumbhalß.
Frondes lauri, Lorber blätter/sind die Farben.
Fugile, parotis, abscessus secus aures, Ohrenmutzl/ Ohrlmückel/ Ohrenvttel/geschwulst hindern Ohren.
Fuligo metallorũ, proprie dicit᷑ arsenicũ: sæpe etiam mercurius.
Fuligo, qua pictores vtuntur, a Germ. Schmitz/Ram/ schwertze/ iam fit variis modis & multis ex reb⁹: fit apud nos ex tæda, & dicitur Kottelrohm/od᷑ Kotlestrom/oder Kinrauch. Dioscor. fuligine̅ prædicat e vitrariis officinis, Das auß den glaßhütte̅ wird zu sammen gelesen: Cuius vis medica est astringere & erodere. Vide & Plin. l. 35. c. 16,
Fulme̅ hoc loco sunt flores cupellati argenti in ipsius cũ plumbo repurgatione: Vnde fulminare metalla ide̅ est ac repurgare, potissimum quæ perfecta dicuntur.
Fulminatio est gradatio metallica cum excoctione ad purum in cineritio, cuius perfectio veluti effulgente indicatur splendore. Inde etiam nomen operi est, quod coruscatio, veluti in fulmine apparente, fulgure, fiat. Nam postq̃ absumtæ, segregatæq; sunt alienitates, (Veluti fluores adiecti, plumbum mineralia coniuncta) nubecula quadam sulphurea obequitat per superficiem, vnde postea purpureus elucet splendor, quem fulgur vel fulmen, aut etiam florem nũcupare solent, qui cum

qui cum disparet, relictus regulus refrigeratur.

Fulturæ natiuæ vel fornices, Bergvestene.

Fumus, ist die fæx, Drusen am Boden/doch eigentlich daß auff-steiget/vnd den Cörper mit sich führet. Dann es ist zweyerley Rauch/die mit der Erden vermischt/machen die Stern vom Himmel fallen/machen auch Cometen vnd Regenbogen vmb die Sonne vnd den Mond. Wann die batia findet ein minerali sche Materi/so wirdt sie mit der vermenget per minima, wirdt auch fix vnd zu einem Metall: findet sie aber keine/so wirdt sie ein Mercurius. Die mineralische Krafft aber/die sie finden soll/ist klarer sulphur gewaschen/vnnd zum theil fix/vnd wirdt gefunden/in den außgezogenen Steinen/vnnd im Sand/gläntzet wie Silber/vnd dieweil ohne diß nichts wirdt/so wirdts gefunden allenthalben/wo Metallen geboren werden; Derhalben das Metall/daß viel Schwefel helt/wirdt genennet lacus generationis metallorum.

Fumus albus ist Mercurius, die Seel vnnd Tinctur/Himmel-Wasser/quinta essentia Veneris, dieser führet die Farb deß Goldts trucken in die Höhe. Da steiget die Schlang auff den Baum/findet die Mutter mit zweyen Jungen/vnd frisset sie alle. Das ist: Der Rauch steiget vber sich/vnnd findet zwen Schwefel mit dem Mercurio, das soluirt er alles/zeuchts in sich/wirdt Fix vnd Stein. Der weisse Rauch ist die Seel/der auffgelösten Cörper/macht lebendig/vnnd weisset.

Fumus citrinus, ist gelber Schwefel.

Fumus rubeus, ist rot Auripigment. Wirdt auch Gold genennet/dieweils hol ist.

Fumus virosus, vel virus, Schwaden.

Fumus casæ vel cassæ, Hütten Rauch.

Fumigatio est per fumum aerem corrodentemque calcinatio. Et fit diuerso modo. Metalla nobiliora afflatu plumbi fusi vel hydrargyri, fragilia redduntur, & postea comminuuntur terendo cum sale.

Funis ductarius, Seil.

Funis ex philyris tiliæ factus, Baſt.

Funiculus canabinus, Schnur.

Fures candidi, id est, Rote Waſſer.

Furogi, id est, gallus.

Furnus est locus, in quo ignis, ad materiam chymice tractandam, dextre & conuenienter accommodatur. Estq; Apertus vel Tectus.

Furnus apertus est, cuius pars superior est aperta. Ille est tum Probatorius, tum Ventosus.

Furnus probatorius siue docimasticus, est furnus apertus, in quo metalla perfectiora purgantur, examinantur, vel, vt vsitatiori rem delineem vocabulo, fulminantur. Hic furnus vt plurimum ex argilla vel laminis ferreis, raro ex laterib. in sequentem modum exstruitur. Sumitur lamina ferrea, vel ex argilla facta, & in quadrum ita construitur, vt latitudo pedis vnius, in duodecim partes diuisi, vndecies mensurata, amplitudinem fundamenti constituat, sedecies autem longitudinem conficiat. Sed quando in longũ octies mensura sumta est, furnus sensim in diuexitatem est incuruandus, vt tandem angustior fiat mensuris quatuor, & crater in summo furno septem duntaxat mẽsurarum amplitudinem retineat. Conuenit autem laminas in crassitie sesquimensuram habere, pauimentum vero, & fundum ex argilla factum, tres quadrantes vnius continere. His ita constructis a pauimento sursum capiendæ sunt mensuræ tres, & quatuor in latum, quæ inferius ostiolum constituunt. A cuspide huius ostioli idem

idem paries continuetur, per duas menſuras, quæ ſpatium inter iam dictum, & proxime ſequens oſtium conficiunt. Inde repetendæ ſunt menſuræ tres cum dimidia ſurſum, quatuor vero in latum, ex quibus oſtiolum imponẽdis, eximendiſq; nec non dirigendis rebus accommodatum ſit. Ab hoc progrediendum, atque poſt vnius mẽſuræ metam, in medio paruum aliquid foramen, auricularem digitũ vix continens, perforandum eſt, carbonibus ferro mouendis inſeruiens. Inſuper tres quadrantes vnius menſuræ ſub oſtioli finibus ſunt ſtatuendi dextrorſum, atq; ſiniſtrorſum, vbi duo foramina mediocrem digitũ lata conficiuntur. In hæc foramina, quib. reſpondere debent alia duo, in pariete aduerſo ferreæ trabes, quæ in pariete anteriore quatuor digitos latos ꝓcedunt, imponuntur. Porro vtriq; oſtiolo ad ignẽ moderandũ fores ſeu obices adaptandi ſunt, cũ anſa, vt poſſint abſtrahi & reponi: quorum ſuperior, foramẽ oblongum, vt clauſo oſtiolo, nihilominus viſui nihil detrahatur, contineat; inferior vero foramine rotundo & maiori, vt ignis aerem fouentẽ attrahat, ſtipatus ſit. Supra trabes, lamina terrea a laterib. tribus excauata, vbi cinis tranſeat, in quarto aũt integra, & recta parietẽ anteriorem tangens, ponitur. Hinc pauimentũ ergaſterii & tegulæ fornicatæ, q̃ a laterib. & dorſo duabus cũ dimidia menſuris abeſſe debet, ſuperſtruitur. Præterea foramen aliquod rotundũ, ꝓpe oſtiolũ ſuperius excauatur, ad aerẽ miniſtrãdũ; omnib. ad hunc modũ exſtructis, furno adhuc molli foris ſulci foſſæq; ad bracteas ferreas, furnũ firmantes, recipiendas in eo effingantur. Tandem in loco aprico furnus arefactus a figulo probe coquatur. Hic accomodatiſſimum furnum exſtruendi modus, tum quia non facile cineribus obſtruitur, omniq; propterea docimaſtico negotio ſufficiens eſt, tũ, quia ob ignis dirigẽdi dexteritatem omnes alios longe antecellit.

Furnus ventoſus, ſeu anemia, eſt furnus apertus, in quo beneficio venti, ignis vim augentis, mineralia liquantur & funduntur. Huic, ſi forte mineralia difficilioris fuſionis fuerint, vt ventus ſufficiētem calorem fouere non poſſit, aut artifex celerius aliquid fundere velit, commode follis annectitur, qui ignem augeat, fuſionemq; celeriorem reddat. Sed ventoſus furnus, cum ſuo folle in hunc modum exſtruitur. Erigantur muri quatuor lateribus conſtructi iacentibus, interuallo ab inuicem pedali diſtantes, cubitalis altitudinis, ad coniſteriū, ſiue cinerarium conficiendum. In alterutro coniſterii pariete oſtiolum fiat, per quod ignis aerem attrahere, ciniſq; eximi poſſit. Porro ſupra coniſterium ferramenta ad craticulam, carbones & vas impoſitum ſuſtinentem, collocantur. Digitum latum ſub crate paruum aliquod foramen fiat, per ꝙ follis roſtrum tranſeat, mittendum eſt. Furnus deinceps a crate in diuexitatem pedalis fiat ad focū conſtituendum. Hic tandem ſatis exſiccatus cum puluere carbonum, & luto aqua diluto, inungitur, ac demum follis apponitur. Poteſt etiam hic furnus exigente neceſſitate calcinationi inſeruire.

Furni tecti ſunt, quorum ſuperficies tecta eſt.

Furnus tectus aut eſt ſimplex, aut compoſitus.

Furnus ſimplex eſt, qui ſimpliciter & abſolute alterius adminiculo conſtat: Eſtq; calcinatorius vel diſſolutorius.

Furnus calcinatorius eſt, qui rebus calcinandis inſeruit: vt cœmentatorius & reuerberatorius.

Furnus cœmētatorius eſt, in quo ignis ad res cœmentādas dextre accommodatur. Varii in huius operationis negotio poſſint adhiberi furni, ille tamen, quem modo deſcribam, tū ob ignis continuitatem, tum ob eiuſdem cōuenientem graduū adminiſtrationem, præ omnib. aliis nobis arridet, & ſequenti modo erigitur. Fiat murus ex laterib. in quadrum, qui intrinſecus

ſecus cubitalis ſit lateraliter,&ſurſum ad ſectionem primam vſq; pedalis,ad coniſterium conſtituendum.Porro ad ſecundam ſectionem adhuc pedalis fiat,ad ergaſterium conficiendum. Inde ad turrim furnus inclinari debet, ad altitudinem vnius pedis. Porro ab huius furni cuſpide turris tripedalis in altum euehēda eſt,cuius interior pars ſit pedalis capacitatis. Atq; ita exſtructi huius furni proceritas erit ſex pedum, vel trium cubitorum. Duo autē oſtiola in pariete anteriore ſunt relinquenda, vnum in coniſterio, continens tertiam cubiti partem in latum,& ſextam in longum,cineribus eximendis, aeriq;attrahendo aptum;alterum in foco ſeſquialterum quadrantem cubiti habens. Intra hæc oſtiola craticula ferrea ponitur,& ſuper illam terrea aliqua lamina,cui tegula fornicata vel pixis cæmentatoria ſuper imponi poſſit, collocatur. Tegulam hanc fornicatam,vel pixidem cęmentatoriam carbones e turri recta prolabentes tegunt & igniunt.Prætcrea quatuor foramina in quolibet nempe pariete vnum, ventilabra dicta,in diuexitate ſunt conſtituenda, vt carbones vnco ferreo moueri per illa queant. Habeat & turris foramen, in ſupremo, ad auricularis digiti amplitudinem. Hoc foramen nunquam fere clauditur,ſed, vt ignis, fouentem aerem ad ſe attrahat,apertū relinquitur. Reliqua oſtiola & foramina ſuis obturamentis probe clauduntur, vt furnus ſecundum operis exigentiam ignem accenſum, viginti quatuor horarum ſpatio continuum rite fouere poſſit.

Furnus reuerberatorius eſt, in quo materia impoſita a reuerberante flamma calcinatur. Hic ſequenti modo exſtruitur. Erigatur murus lateritius in forma oblongiori, altitudine vnius pedis, pro coniſterio. In eius pariete alterutro locus vacuus ad quatuor digitos latos oſtiolo,per quod cineres eximi poſſint, relinquatur. Huic muro impone cratem tranſuerſe,

& ſuper illam murus adhuc pedalis fiat pro foco, qui ſupra prædictum oſtiolum etiam alterum, per quod ligna immittuntur, habeat. His ita compoſitis, ſolarium ſupra murum ex laterib. conficitur, q; poſteriorem murum, ad tres digitos latos non cõtingat, vti per illud foramẽ flam̃a permeare poſſit, & a ſequente camera retẽta in materiã reuerberare cogatur. Porro relicto in pariete anteriori oſtio mediocri, ſupra illud ſolariũ, vbi materia reuerberanda imponi, eximiq; poſſit, reliquã furni partẽ, q altera reliquorũ paulo humilior ſit, concameratione firma occludimus, atq; tã poſteriorẽ q̃ anteriorem furnũ, relictis in facie digitis latis duob. ſupra prædictum ſuperius oſtium, quatuor iuxta ſe poſitis ventilabris, quibus ignis dextre & cõuenienter dirigi, eiuſq; calor augeri, minuiq; pro arbitrio, & exigẽte negotio, poſſit, muris lateritiis firmatum obturamus. Omnibus hunc in modum exſtructis, cuilibet oſtiolo ſuum conueniens obturamentum formamus, illiq; imponimus, furnumq; vſui inſeruire iubemus.

Furnus diſſolutorius ſimplex eſt, cuius ope ſubtile a craſſo traiiciendo, res diſſoluuntur. Eſtq; Aſcẽſorius, aut Deſcenſorius.

Furnus aſcenſorius eſt, quando aſcendendo diſſoluimus. Is Siccus eſt, vel Humidus.

Furnus ſiccus eſt vas, materiam continens nulli aquæ imponitur, ſed præter humorem externum diſſolutionem promouet; quod fit in veſica, & catino arenario.

Furnus veſicæ eſt, qui rei in veſica diſſoluendæ inſeruit. Is eiuſmodi eſt. Quatuor muri, in quadrũ pedalis altitudinis (vt tñ latitudo ꝓ veſicæ capacitate variari poſſit) pro coniſterio erigendi ſunt. Sed ab vno latere in fundo, duo fragmenta ſufficiant, ad angulos ita poſita, quod in medio illorũ ſpatiũ inane cinerario ad ſex digitos lato & alto, cõſtituatur, & ſuper illud reliquum eiuſdem partis ceteris eſt coæquãdum. Super hoc

ſtructum

ſtructum bacilli ferrei in modũ craticulę ſunt collocandi. Ita conistendum exſtructum erit. Super hoc pares pro foco conficiendo, ſtruendi ſunt muri, altitudine ſeſquipedales, relicto oſtiolo in medio furno, per q; carbones adminiſtrari poſſunt. Super hunc murum baculum ferreũ, qui impoſitam veſicã, ne delabatur, retineat, ponimus. Hiſce ita exſtructis murus ad altitudinẽ veſicæ, pro ergaſtulo conficiendo, continuatur. Obſeruandũm tñ eſt, furnũ tantæ capacitatis exſtruendum eſſe, vt inter illũ & veſicã digitorũ duorũ ſpatiũ ad minimum intercedat, quo calor veſicã debite circundare poſſit. Impoſita deniq; veſica furnus tegitur, prominente nihilominus veſicæ orificio, quatuor item ventilabris relictis. Tandem cuilibet foramini ſuũ obturamentum formatur, eiq; imponitur.

Furnus catini, quo catini adminiculo res diſſoluimus eodẽ modo, quo ſuperior ſeſe habet: nec quicquam ad ſtructurã, quod attinet, ab illo diuerſus eſt, niſi, quod loco veſicæ catinum, vel aliud vas materiam diſſoluendam continens, imponimus, & furnum obſeruamus. Si autem præter catinum igne aperto aliquid per inclinationem, aut latus diſſoluere velimus, furnus aliquo in latere quatuor vel (pro re nata) ſex digitis latis ad conuenientem capacitatẽ vacuũ locum habeat, neceſſe eſt, per quẽ vas ꝓmineat. Hic furnus maximi vſus eſt in omnib. ferme diſſolutionib. ſiue per cineres, ſiue per arenam, ſiue per ferrũ fiant, ſiue tandẽ per ignẽ nudum perficiantur.

Furnus balnei eſt, vbi in aheno calidam continenti diſſoluimus. Hic furnus eodem modo, quo ſuperiores furni exſtruebantur, erigitur, & loco veſicæ vel catini ahenum, ad id fabrefactum, æneum ipſi imponitur. Aſt in roris balneo aheno aliud quoddam vas ex cupro cuſum ſequentiq; modo formatum ſuperimponitur. Fit vas rotundum, duum, aut trium pedum altitudinis, cuius imum intra aheni ſimũ recipiatur, & com-

miſſuræ adeo quadrent, vt apte concludi, & conſtipari poſſint, ne tantillum auræ vel vaporis exſpiret. Ex huius vaſis aliquo latere canalis, vel epiſtomium prominet, qui labiis inferioribus ahenum petit, vt exigente id neceſſitate, per illum recens aqua ſuffundi poſſit. Proxime ab aheno hoc vas circũ circa plicam aliquam habet, cui lamina perforata, quaſi ſeptũ tranſuerſum, impoſita vaſa continens, accommodatur. Sæpenumero etiam accidit, vt plura digerenda ſimul veniant, quam vnum eiuſmodi vas capere poſſit, quocirca ad penuriam hanc ſupplendam alterum primo, vel etiam tertiũ tempore neceſſitatis & exigente digerendorum copia, ſecundo imponi poteſt. In ſummo vaſis operculum cupreum conuenienter iuncturas claudens, ne vapor inde exhalare queat, adaptamus. Quando autem per balneum roris abſtrahere aliquid animus eſt, vaſis huius non egemus, ſed cucurbita aheno profundiori imponitur, hac tamen cautione adhibita, ne aqua ad vitrum pertingat. Oportet enim, vt tantum vapor illud circundet & calefaciat. Tandem operculo balneo inſeruienti, vt vapor exhalare nequeat, obſeratur.

Furnus deſcenſorius eſt, cuius adminiculo humorem deorſum propellendo, rem diſſoluimus. Eriguntur autem muri ad coniſterium, quod vas aliquod recipiens, ab omni ignis violentia tutum contineat. Coniſterio imponitur eiuſmodi craticula, quæ in medio foramen rotundum habeat, per quod ſuperioris vaſis orificium tranſeat. Muri porro continuantur ad focum, vbi & ergaſterium conficiendum, cui dictum vas inuerſum imponitur, & pro re nata obſeruatis ignis gradibus diſſolutio ſuſcipitur.

Furni compoſiti dicuntur ii, vbi vno igne plures furni fouentur, & ii ſunt Athanor & Acediæ furnus.

Furnus

Furnus acediæ siue incuriæ, vbi vno igne, & paruo labore diuersi furni fouentur. Nomen trahit a pigritia, inde & a German. **Ein fauler Heintze**/vel piger Henricus appellatur. Erigitur turris rotunda, vel quadrata, modo superiori, & supra craticulam foramina calorem ad laterales furnos transuehentia tria, quatuor vel quinque pro furnorum exstruendorum copia, aperta relinquimus, quibus pessuli obiiciuntur ferrei, ad immittendum vel detrahendũ calorem. Singulis hisce foraminibus alius furnus arcte agglutinatur. Necesse tamen est, vt quilibet furnus & suum peculiare cinerarium, & pyreteriũ habeat, craticula discreta, nec non fumaria contineat. Horum siquidem adiumento acediorum vsum ad res quaslibet accommodare possumus.

Furnus panis, **Hitziger Off.**

Furnus sabuli, **Hitziger Sandt.**

Fusi, **Spindlen/ Korbhöltzer/ darumb die Gepellseil sein angetrieben.**

Fusio, est liquatio per calorem.

Fusio per antimonium, qua verum aurum, non modo a metallis imperfectis, sed etiam ab ipso argento separamus, & fit hoc modo: Accipio aurum aliis metallis mixtum, ipsique tres partes antimonii puluerisati commisceo, & in crucibulo igni contumaci in furnum ventosum pono. Postea iuuante (si placet) folle probe liquefactum, in pyramidem calefactam, seuoque illitam transfundo, vbi labris malleo concussis, regulas aurũ cõtinens, in apice residebit, quẽ malleo detrunco. Antimonium porro residuum rursus in tigillo igni ad tertiã etiam vicem impono, & prædicto modo procedo, vt omne aurum ex antimonio protrudatur. Tandem regulos hosce singulos, in catillo terreo prope follem pono, carbonibusq; superpositis, in modum fornicis ignem accendo, tam diuq;

flammam ſuperinduco, quouſq; omni antimonio euaporato aurum purum putumq; reſideat, quod ſtatim coagulatur.

G

GAgates lapis, & non gagites dicendum eſt: nam gagites eſt aetites ſecundum Plin. l. 10. c. 3. Gagates vero lapis, de quo hic agimus, a Germanis dicitur, ein Gagatſtein / Gageſtein / Agetſtein / Bornſtein. Fit in mari & flumine gagas proculdubio e petroleo, id eſt, naphtha ſubtili vel liquido bitumine naturali: Sicuti altera gagatis ſpecies lapis Thracius, ſchwartz Bornſtein / oder Aagetſtein fit e nigra naphtha aut bitumine: cũ ſtillat vel fluit in mare, vel flumina, prope maria bitumen vel naphtha liquida, petroleũ illud, vt in cap. naphthæ mox dicemus, fit dico gagates. Germani autem gagates lapides omnino cum ſuccino vel electro miſcent, cum tamen materia, vnde fiunt, diſſentiant, licet cognatio quædam ſit, & affinitas in his, in attrahendis paleis. Nam & ſuccinum & gagas calefactus motu attrahit fila & ſtipulas, vt magnes ferrum, vt ſagda lignum. Deinde etiam vterque igne accenſus flagrat. Sed ſuccinum non ardet aquis, licet oleo quodammodo ardeat, propter reſinæ, vnde fit, debilitatem. Gagates vero, quia ex bitumine fiunt, eo magis in aqua ardent, & aqua accenduntur propter vim bituminis, ſicuti oleo reſtinguuntur. Succinum enim ſeu electrum, non bitumen eſt, ſed tantum lacryma arborum populi, vel etiam pini, veluti mox audies.

Gagas

Gagas vel gagates
- Gelb
  - Gagetſtein / Aagetſtein / Bornſtein / Bernſtein / Birnſtein / coloris ferme ad virorem tendẽtis, vel ſimilis pelli leonis.
- Schwartz
  - Qui eſt lapis Thracius, ſchwartz Aagetſtein.
  - (Gelb et Schwartz:) Lapides indurati ex naphtha aut bitumine, id eſt, petroleo in Cilicia, & Gagate fluuio labante in mare, calore nempe proprio, vel etiam aquæ.
- λιθάνθρακας Steinkole.
  - Lapis ex naphtha ſeu bitumine indurato ex calore terræ. Eſtq; ſpecies gagatis.

Succinum electrum
- Glaſtum, gleſſum, Baſthard
- Colore
  - Gelb
  - Weiß-lecht
- Eſt gumi ſeu reſina indurata in mari
  - Populi ſecundum Dioſc. & Poetas penes in Eridano.
  - Pini, pinaſtri.
  - Sed de ſuccino paulo poſt dicemus.

Dicitur aũt lapis gagates a loco & amne, nomine, Gagas in Cilicia, ad cuius oſtia ſeu fauces ad mare prope vrbẽ Plagiopolim, hic lapis reperitur, vt docet Dioſc. l. 5. c. 92. vel, vt alii volunt, a Gange ciuitate Lyciæ, quæ & Gangis dicitur, vbi reperitur ille lapis prope littora ingens & viridis. Nicander in Theriaca ſua Engangin & gangitin vocat, a Gange Lyciæ ciuitate, vbi nidore docet gagatem fugare ſerpentes, propter odorem bituminis. Eſt enim, vt dixi, natura eius, quia fit ex bitumine, ardere, & aquis accendi, & oleo reſtingui. Et hunc inquit Nicand. neq; fortis & cõſumẽtis ignis impetus exedit. Hinc & Dioſc. docet præferendam in gagaterum genere, qui celeriter accendatur, & odorem reddat bituminis. Plin. l. 36. c. 29. lapidem gagatẽ nomen habere idem teſtatur & loci & amnis Gagis Lyciæ, & in Leucola expelli mari atq; colligi.

Galenus (ni fallor) ſe neſcire illum fluuium dicit,in Lycia,cui nomen Gagas. Verum fieri poteſt,vt Gagis fluminis nomen mutetur nomine alterius fluminis, vt videmus fieri, in quod ſeſe exoneret. Verũ Strabo & alii Coſmographi conſentiunt Dioſcoridi,talem fluuium eſſe in Lycia.Ergo non ſolum Galeno credendum hoc in loco. Quid ſi Gagas flumen paruum eſſet,nec adeo notum vulgo, vt videmus etiã fieri apud nos? Orla, Schuarza, ipſa Pangera nobiliſſima ſunt flumina: at quia parua,quia breuis curſus, quis ea nouit admodum, niſi accolę? Ceterum, quæ ſint vires gagatis, conſule Dioſcor. & Plin. locis citatis. Fugat nidore ſerpentes: ſuffitu morbum ſonticũ deprehẽdit,& ſtrangulationes vuluæ recreat. Quod expertus loquor. Habet n. vim molliendi & diſcutiendi: olim autem gagates erant geſtamina matronarum,& matronę his lapillis quoq; ipſis,vt Coralliis,ſibi gratiam conciliabant: Sicuti adhuc pueris ornatus gratia, nõnullis locis appenduntur, Ornabantur his etiam galeæ,ſcuta & gladii. Vidi ego templũ in arce ad oſtium Tangeræ fundatum, & miris modis ornatum, variis gemmis a Carolo quarto Imperatore, cuius feneſtræ ex gagate miro inuento compoſitæ erant. Vidi & in eodem templo pugionem ipſius Caroli, cuius capulus ex gagate lapide integro,miro artificio erat compoſitus. Vtinã nunc quoq; Reges & Principes curarent religionem, vt ille bonus Carolus quartus. Nunc vero magis in vſu eſt ipſum ſuccinũ, vtpote ſuauius olens. Poſtremo gagates aliquid commune habet cum aetite, quod vterq; parum igne deperdit. Hinc & aetites Gagitis dicitur. Sed non eſt gagates, vt in principio indicauimus. Quidam gagatis ſpecies eſſe has etiam faciunt, ſcilicet, quod ſit gagates colore ſimilis pelli leonis. Et hic eſt noſter ille vulgaris, Agetſtein. Secundo, niger albis venulis. Tertio niger venis croceis, is communis in Creta. Quarto,

Quarto, varius in India, quasi sanguine aspersus. Quinto niger similis corallo.

Gagates lapis, fit ex naphtha, id est, petroleo. Sic species altera gagatis, quæ est lapis Thracini, Der schwartze Bornstein/Agetstein/ fit ex bitumine vel naphtha nigra. Cuius species sunt lithanthraces & lapis scissilis, der Schifer / vt aliquoties diximus. Succinum autem fit ex resina populi, vt vult Diosc. destillata in Eridanũ & indurata calore vel proprio vel aquæ. Hinc & Ouidius dicit in fabula Heliadum 2. Metam.

Inde fluunt lacrymæ, stillataq; sole rigescunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit & nuribus mittit gestanda Latinis.

Vocant enim succinum, electrum, glessum & chrysophoron & chrysolectrum; alias homines docti. Nos Germani & verum succinum habemus, sicuti de nobis scribit Tacitus. Efflin, die Jßländer/adhuc leguntsuccinum in vnda & in littore. Legunt & Britanni, vt fertur. Legitur & in parte Borussiæ am Strande/id est, in littore, hinc dicitur, magister littoris, der Strandmeister/ qui electrolegulis mercedem rependit, & quidem sale. Est vero succinum nihil aliud, quam succus arborum, qui in mare proximum lapsus durescit & coit, & potest in modum tædæ succendi; alitq; sua pinguedine flammam, eamq; optime olentem. Estq; duplex: Succinum seu Electrum. Primum est flauum, & perlucidum, quasi vitreum. Hoc veteres glessum dixere a perspicuitate vitri, quam habet. Germani perspicua illa vitra enim vocant, Glåser. Hinc Glessinga & Glessaria, & Glessarii populi nomen habent, teste etiam Plinio, l.37.c.3.& l.4.c.16. Secundum electrum est obscurum, & album, pene osseum & pretiosissimum. Incolæ vocant Basthard. Sunt vero in isto littore Borussiæ & finitimarum regionum, non populorum aut al-

norum, ſed abietum, & pinaſtrorum, videlicet reſinatarum magna copia, vnde poteſt eſſe. Ex reſinis quoq; iſtarum arborum ſuccinum fieri, & pineus odor, & cum teritur, & cũ accenditur, eſt indicio. Vide Plin. L. C. & Solin. c. 23. Sic non tantũ ex alno vel populo fit ſuccinum apud Eridanum, vt & Lucianus in Eridano non vernacula, ſed aliunde eſſe perlata ſuccina dicit. Ergo & totum fabuloſum eſt, q; ſcribunt Poetæ. Tu vide & Irenæi exegeſin de Germania, & Tacitum. Poſtremo ſuccinum eſſe lacrymam vel reſinam arborum, præſertim pini & pinaſtri, non tantum odor, color, materiaque ipſa, cum atteritur & accenditur, oſtendit: ſed etiam hoc argumento eſt, liquidam primum deſtillaſſe reſinam ex arboribus, q; videmus ſuccino ineſſe, & tranſlucere muſcas, araneos, puluerem, formicas, aliaq; animalcula, vt culices: quæ animalia inciderũt forte fortuna, cum deſtillaret gutta in aquã, vel dũ penderet adhuc in arbore iã cadens, & ita vna cũ maſſa coierunt & induruerũt, teſte Tacito & Plin. l. c. Quidã tñ ſuccinũ, neſcio moti quib. rationibus, prolificũ ſemen cuiuſdã piſcis vel ceti eſſe volũt, durũ, glebę terræ ſimile in mari inueniri, ac ſupernatare ad littora. Aliqui ex Caſpio mari aduehi volunt. Benedictus Veronenſis l. 13. c. 26. de morbis, ſuccinũ ẽt deſcribit albo & nigro mixtũ colore, leue, odore primo olfactu ingratum. Hoc mihi ignotũ, niſi ſit ſpecies Baſthardi impuri. In ſumma magna fuit hactenus diſceptatio inter doctos, & adhuc eſt, quid ſit ſuccinũ. Ego reſinã arborum eſſe dico, & pſertim pini & pinaſtri. Plin. & electri alias ſpecies enumerat, non tm̃ candidũ, q; eſt noſtrũ Baſthardũ odoris præſtantiſſimi: deinde fuluũ, q; eſt gleſſum: ſed q; molli fulgore perſpicuũ ſit, falernum nomine, quia vini falerni colorẽ habeat: poſtremo & in quo leuitas mellis placeat. At hæ ſpecies & inter noſtra ſuccina reperiuntur, ſi quis acute conſiderat.

ſiderat. Verum ꝙ electrū & foſſile dicit in Liguria, illud ego ſimpliciter credo eſſe gagatē ex bitumine terræ, & non ſuccinū: aut eſt alia gem̃a, ſicuti ſunt taliū multæ gem̃æ colorū, vt topazion, & lapis lyncurinus. Olim ſuccino & gagate matronæ gratiā ſibi conciliabant, nunc pueris propterea ēt ſuccina appenduntur. Item quia valet lapis ille contra lymphationē, & eſt amuletū, teſte Plin. Eſtq; nihil præſentius in ſtrangulatione vuluæ, electro incenſo, & ſubiecto naribus. Prodeſt & ſtomachi vitiis, acuit ſenſus, prodeſt comitialib. Et plurimū valet argumentū: Omnia bene olentia exhilarant ſpiritus. Electrū eſt bene olens, (Eſt n. dulciſſimi ac optimi odoris.) Ergo exhilarat ſpiritus, & per cōſequens prodeſt comitialibus. Ceterū conſule Auic. Serap. Paulum, Gal. & alios de Karabe, id eſt, electro ſeu ſuccino. Ceterū ſuccinū attritu accepta vi caloris attrahit in ſe paleas, fila, & folia arida, vt gagates facit: veluti magnes ferrū trahit, & ſagda gem̃a lignum. De ſuccino vide & Heſiodum & Euripidem. Apollonius in libro Argonautico 4. ſuccum non ex Heliadū lacrymis, ſed Apollinis natum dicit, quando affectus dolore propter Æſculapii necem, aut quando Admeti regis pecora pauit. Conſule & Solinum & Strabonem de electro, & varias auctorum ſententias apud Plin. lib. 37. cap. 2. & 3.

Gagates { Gagatſtein / Agetſtein / Birnſtein / Bernſtein / quia ardet: Bornſtein forſitan, qui bitumen iſtud liquidum tenuiſſimū, vnde fit in fontibus (a Germanis ein Bornſprung) natat } { Geiblicht … Schwartz } Ex { Naphtha candida, i. e. petroleo, in Cilicia & Gange flumine. Bitumine vel naphtha nigra in Thracia & Threicio flumine. } Lapis induratus: cuius ſpecies ſunt carbones lapidei, & lapis ſciſſilis, der Schifer.

Succinum electrum, hoc improprie Germani miſcent cum gagate, & vocant, Bornſtein/Brennſtein/Aagſtein. Eſt enim gummi ſeu reſina, vel lacryma indurata. 1. Populi, ſecundum Dioſc. Ouid. & alios: vel alni, licet populum & alnum, pro vna habent arbore. 2. Pini. 3. Pinaſtri, vere, in Eridano, ſeu Pado, & mari, coloris flaui, mellei, perſpicui, candidi, oſſei, & dicitur a Germanis, qui legunt ſuccinum Glaſtum, Baſtard.

Galactites. Lapis Galactites dicitur, quia lacteum ſuccum reſudat, coloris cinerei, guſtu dulcis, præcipue in aqua. In Saxonia naſcitur terra & incrementum habet, vt obſeruaui: verũ Germ. eius nomen nondũ expiſcari potui: De hoc conſule Dioſcor. l. c. & Plin. l. 37. c. 20. qui galaxiam ſiue galactitem ſimilem eſſe dicit epimeli, ſed intercurrentibus ſanguineis aut candidis venis. Galactites autem inquit ex vno colore lactis eſt, & eundem vocat leucogogeam & leucographiam & ſynephiten, ſucco lactis & ſapore notabilem in educatione nutricibus lactis fœcunditatem infantium alligatus collo ſaliuam facere dicitur. Ferunt & illum ore liqueſcere & memoriam adimere. Mittit hunc lapidem amnis Achelous & Nilus. Sunt & qui Smaragdum albis venis circũligatum galactiten vocent. De illo conſule Alb. qui neſcio, quas magicas vires illi tribuit: Item Solinum in polyhiſt. c. 13. qui atrum ſcrupulum dicit eſſe ſucci albi.

Gala, id eſt, lac.

Galaxia, Sternenferbung oder Reinigung.

Gallicus, Nort Nort Oſt.

Gamathei ſunt lapides, quibus cœleſtes vires & ſupernæ conſtellationes imprimuntur, mirandis characteribus, imaginibus & figuris inſigniti, quales aliquando natura fabrefactos videre contingit e montibus erutos, quandoque ſecundum

ripas

ripas aquarum: Stein mit himmlischen Figuren imprimirt vnd verbildet.

Gangræna, incipiens partis affectæ mortificatio. Kalt Brandt/ (fau Fleisch.

Gasar, id est, lomus.

Gatrinum, id est, cinis clauellatus, Weyd Aschen.

Gaza fumi, id est, Hütten Rauch.

Gebalum, id est, reparandium. Coagulare idem.

Gecharsun, disdaha, id est, rana.

Gelion, folium, phyllon, come, chœte, Blatt.

Geluta, id est, herba Carlina.

Gemma ex araneo. Nos Germ. speciē aranei habemus domestici ingentis magnitudinis, quę a cruce nomen inuenit propter caussam, nescio quam: siquidem dicimus, ein Creutz-Spiñ: forsitan a texturæ forma, aut a colorib. corporis transuersis, & piaculum est, quasi tales araneos lædere. Dicuntur enim attrahere omnia venena ex ædibus, & tempore pestis raro vel nunquam conspiciuntur. In horum capitulis gem̄am ferunt reperiri præsentissimā contra omnia venena & incantationes. Verum illā nunquam vidi, neq; ausus fui dissecto araneo quærere. Nec mirum est illam gemmam talem habere vim, cum videamus telas ipsas araneorum magni esse momenti ad quamplurima.

Gemma tartarea, lapis generalis ex diaphano tartaro, ein Geschlecht deß Steins.

Gemma Beryllus. 1. Beryllus, ein Berill.

2. Chrysoberyllus, Ein gelblichter Berill.

3. Chrysoprasius, Ein grüner Berill.

Gemma Prasius. Lapis colori porri similis, Ein Praß.

Gemma Opalus vel pœderos, Ein Wesse.

Gemmæ Ceauniæ. 1. Ceraunias longus, Ein länglichter vnnd glatter Krottenstein.

2. Rotundus, Ein Runder.

Gemma Iris: 1. Iris est lapis sexangulus, candidus, qui quando radios solares excipit, arcum cœlesti similem iacit in parietem, Ein Stein/gibt ein Schein von sich in der Sonnen/ alß ein Regenbogen.

2. Irides adulterinæ sunt, quæ veram imitantur. Id facit Brontias polita & cãdida. Item fluores flaui translucidi, quales vidi apud Fabricium nostrum.

Gemmæ Rubetarum. Phrynus bufo seu rubeta, ein jrrdische Krote oder Padde/ vt vocant Saxones, tam fœdũ animal, degens in antris non sine gemmis est. Huius n. species in Gallia & Hispania, quæ cornuta, maculis croceis & nigris liuentib. nomine borax, in capitibus gemas fert eiusdem nominis, die Krottenstein/ coloris interdũ in candido fusci: quemadmodũ talẽ vidi apud quendã nobilẽ. Interdũ ẽt in medio cœruleum habet oculũ, si viuæ boraci extrahitur adhuc vel palpitanti. Interdũ niger est notulis liuentib. nigris, vt nostri sunt bufones, & talẽ ego aliquando habui. Forma erat rotundus, magnitudine mediocris fabæ. Interdũ virides, interdũ versicolores ẽt boraces reperiunt. Vulgo tales lapides cropodinas vocãt. Interdũ ẽt in his forma bufonũ apparet sparsis pedib. gestantur hi annuli a principibus. Nã vbi venena sunt, p̃sens talis lapis colorẽ mutat, & quasi sudans guttas emittit, & mire quod vidi expetuntur a nostris boraces lapides bufonib. ita vt saltu eos rapere nitãtur: Congregantur ẽt circa eũ, vbi apponitur in terrã. Ceterũ an boraces fiant seu gignãtur e cerebro bufonis, vt draconites, vel echites, tuo relinquo iudicio. Alii boraces nasci ex viscositate spumæ volunt; q̃ boraces seu bufones in vere cõgregatę efflant in caput alicuius eximii, quasi regis boracis. Nostri quoq; bufones tales flare lapides dicuntur. Ceterũ de apocimis, von den Zacken in den Krotten/ vide

Plin.

Plinium. Nunc quoq; bufones suspenduntur aere, vt arefiant & præsentissimo remedio sistunt omnem fluxum sanguinis.

Genula ex transplantatione pastinacæ, **Ein Mißgewächß auß Pastenack / so man sie offt versetzt.**

Geographia, **Die Kunst der Erkündigung deß Erdrichs: Erdbeschreibung.**

Geomantia est ars & scientia terrarum notissima. Sed h. l. dicitur, cum astra terræ se patefaciunt hominibus, vt inde prophetiam aut præsagium sumant, quod sortitur effectum. Dicitur etiam Astronomia terræ, quæ dupliciter operatur, aut per astronomicas calculationes, aut per puncta: **Die Kunst/ die Erde durch Puncten zuermessen.**

Geometria, finitura, decempedatura, agrimensura, **Die Kunst deß Messens/ Landmaß/ Gaumessung.**

Gersa, id est, cerusa.

Gerhulle, saxi species.

Gesor, id est, galbanum.

Gi, id est, terra. Gi, **Das die Mahler brauchen ist das / daß sich in den Glaßöfen / Kaminen / oder in den Glaß Hütten / wie ein Glunsen anhängt.**

Gibum, id est, caseus.

Gibar, i. e. medicina metallica, **Ein Artzney auß den Metallen.**

Gich, Gepsin, id est, gipsum.

Gigantes sunt elati vel proceri supra vas, præter naturam homines vel leges naturæ.

Gilla, grillus est vitriolum sua sponte resolutum in aquam; nonnulli putant a natura talem exhiberi liquorem. Sunt qui hoc nomine salis armoniaci aquam appellant. Purgat ventriculum, **Vitriol/ der den Magen reiniget.**

Giluus, heluus, medium inter album & ruffum, melinus, cirron, balion, citrinus, citrinon, **Citrinfarb/ Falb/ Bleichrot/ Vall/ Gilblecht/ Citronfarb.**

Gipſum, id eſt, Armeniſch Erdtrich/Sparkalck.

Gir, Gith, id eſt, calx viua.

Girgies, id eſt, albi lapides fluminis, Weiß Backfiſchlein.

Girmer, id eſt, tartarum.

Giſiſim, id eſt, gummi.

Gitenon, id eſt, ſatum commune, gemein Leim.

Glacies dura, id eſt, cryſtallus.

Gladialis eſt ars, qua iuxta firmamenti curſum aſtrorum gladii cuduntur, & enſes, quibus & incudes reſiſtere nequeunt: inde vocatur & Incuſina.

Glaſſa eſt genus vernicis, trockener Virniß.

Gliſomargo, id eſt, creta candida, Schöne weiſſe Kreide/ vnd iſt eine Kreide der Bleykehren mit einem fetten Herd vermiſcht.

Glimmer oder Katzen Silber. Habet quidem colorem argenti, ſed argentum non eſt: felſium autem argentum dicitur a ſimilitudine forſitan, quod eorum oculi noctu lucent, tali modo: ſiue quod caſſum & inutile quiddam ſit: nullum n. fructum præbet, ſed igne conſumitur. Si vero acute conſideras, minime conſumitur, ſed tantum purgatur (vt obſeruaui aliquoties) licet res ſit nullius momenti, & alium colorem aſſumit, & proculdubio ſpecies eſt amianthi. Natura his coloribus in intimis terræ ſe ſolet oblectare. Ceterum de chryſocolla, vide Serap. l. aggreg. c. Tincar, qui & natiuã chryſocollam in ripis maris inueniri dicit, & eſſe ex ſpecieb. ſalis cal. & ſic. 4. grad. Porro quis ſit eius vſus in medelis, & quomodo lauari debeat, vide l. c. Dioſc. Eſt & chryſocolla venenata plus doſi iuſta accepta.

Glomer, id eſt, rotundum.

Gluten, id eſt, fel tauri, Ochſen Gall.

Gluten iſt/ daß zuſammen helt/ Leim/ Blut.

Gluten, ſimonia, ſinouia eſt pars corporis nobiliſſima, ſubtilis, pura,

pura, alba, perſpicua, ſal reſolutum dulce, & humor naturalis, ſeu liquor in omnibus iunɛturis membrorum inſtar albuminis ouorum: in qua perſpicua materia ſi generetur tartarus, ob ſal reſolutum, quod habet in ſe quandoq; coagulatũ, oritur inde podagra, cuius etiam locum & verum domiciliũ eſſe aſſerit: Das Gliedwaſſer/ darinn das Zip perle wirdt auß dem tartaro, ſo darein fellt/ oder ſo das gluten ſich coagulirt.

Glutinis tenacitas eſt reſina mineralis, vt terebinthi reſina arboris ſuæ, ein Mineral Hartz.

Gluta vis tenacis picis & efficacia, eins zähen Hartz Eigenſchafft.

Gnieſt, Saxi ſpecies.

Gnomi, dicuntur homunciones vel ſpiritus corporei ſub terra viuentes, alias pygmæi, cubitali vix altitudine, Bergmännlein.

Gobeira,
Meſpila, } puluis.
Agabor,

Goſel, id eſt, animal cornutum.

Gradatio eſt metallorum in gradu affectionum exaltatio, qua pondus, color, & conſtantia potiſſimum ad gradũ excellentem perducuntur. Neq; enim in ſubſtantiam per ſe transfigurandam vim habet, ſed duntaxat qualitates vel quantitates in gradu extollit, vel etiam ex occulto in manifeſtũ producit, nihil mutata ſpecie priore: veluti ſi natura dedit aurũ album, gradatio id rubificat, ſi volatile figit, ſi impurũ purificat, &c.

Græca magia eſt ars ſuperſtitioſa a Græcis inuenta, vel ſaltẽ culta, viſiones vanas tractans, qua efficiebant, vt apparerent ea, quæ vere non erant: indeque magnam apud ignarum vulgus ſapientiæ captarent exiſtimationem, cum nihil aliud eſſet, quam oculorum aciei per obfuſcationem tranſmutatio, ex imaginationibus hominum ſumens exordiũ; quorũ aſſenſus cum infideli conatu per omnis mẽdacii machinationẽ coniungebatur in ſimilitudinem.

Granatus, ein Granätlin. Forsitan a pomo granato nomen inuenit. Species est proculdubio carbunculi. Est gemma rubea perlucida, similis balaustiis, coloris rosacei, obscurior carbunculo. Altera eius species, intra ruborē violæ sparsum colorem habet. Propterea granatus violarum vel violaceus dicitur. Similis propemodum amethystizonti carbunculo. Eius patria est Æthiopia, & arena maris. Granatus lætificat cor, & pellit tristitiam. Huius vero fœminā dicunt esse pæaniten gemmam, quæ granatus de Michedon alias dicitur. Et volunt illam certo tempore concipere & parere lapidem sibi similē, & mire prægnantib. conducere. Plin. l. 37. c. 10. & Sol. c. 15. non pæaniten, sed pæantidē vocat. Estq; pęantides gemā illa, quę a nostris dicitur gemā huides, ein Gemahu. Plin. eam & gemonidā dici ait. Et testatur fieri prægnantem & parere, medeririq; concipientib. & parturientibus. Reperiri in Macedonia iuxta monumentum Tiresiæ: & ex aqua glaciata ortarum gemmarum esse speciem, quia etiam sit candida.

Granum viride est fructus arboris terebinthi, Von Terchbäumen Frucht.

Granum nil est semen Indici, damit man die Tücher ferbt.

Granulatio est in granula cōminutio. Ei inseruit fusio. Est enim propria metallorum: & perficitur variis modis. Fusa metalla in aquam effunduntur, cuius vi diuerberata dissiliunt. Fundi vero in catino vel trulla cochleari ferreo debent. Nonnunquam aquæ imponuntur scopæ e viminib. exilibus, vt eo melius dissiliant. Loco scoparum tabella, vel colatorium angustissime pertusum, vel crates ad vsum venit.

Granuliren, Körnen.

Grassa, id est, attinckar vel borax.

Gratiola nota herba: magno olim pretio ad nos allata, deinde circa Noribergam reperta fuit: in agro Argentoratensi proxime vrbem copiose prouenit.

Gra-

Grauus, marmor, porphyrites, marmor porphyreticus, rubeus ad modum purpuræ, cuius vſus eſt in ſpontaneis rerum ſolutionibus, rot Marmelſtein/Porphyrſtein.
Grus, Storche/Kranich/damit man etwas auffhebt.
Gruma, Iſt Weinſtein.
Guaril, id eſt, ſtellio, eine Moll.
Guarini, ſunt homines ex influentia cœli viuentes, Leute/die auß der himmliſchen Influentz leben.
Guma, id eſt, mercurius, argentum viuũ, Queckſilber. In Turb. fol. 14. Iſt vffgelöſet Gold/duplex Mercurius.
Guma, gumi, iſt oli ſulphur vnd coagulum, es ſtillet die Milch/ vnd wirdt von jhr ſoluirt, iſt auch ferment.
Guma paradiſi, iſt Auripigment.
Guma cupri, Spangrün/ oder Vitriol/ wirdt auch Gips genannt/vnd ſtillicidium Veneris.
Gummi aſimar, id eſt, gummi amygdali.
Gummi arboris nucum, id eſt, tremulæ arboris.
Gummi cedri, cedria vel cedrina, kedria, kydria, kitran, Alkitran, Xerbin.
Gumicula, limicula, Valeriana, phu, Baldrian.
Gutta roſacea eſt rubedo in facie ſimilis illi, quæ tinctura eſt lepræ incipientis, Rottropff/ein euſſerliche röte der röte deß Außſatzes gleich.
Gutteo, id eſt, gumma, quæ eſt marinum.
Gypſum a German. dicitur, Sparkalck/oder Gyps/a Latino: Saxones vocant, Sparkalck: Quia fit forſitan ex lapide ſpeculari, quem vocant Spar oder Sperglaß/propter vitri ſimilitudinem, alſo/daß auß Sperglaß/wirdt Sperkalck. Eſt autem gypſum cognata res calci, ſed non eſt ita calidum. Differunt quod calx reſtincta humore aliquo acquirit calorẽ, gypſum

vero non accenditur restinctum. Vis illi est astringere, obstruere, potu strangulat. Consule Dioscor.l.5.c. 81. & Plin. l. 36.c.24.licet olim vino illo condiebantur. Vsus eius tantum extrinsecus est propter nimiam eius exsiccationem & strangulationem. Est vero duplex gypsum. Vnum est fossile & natiuum, & e terra effoditur, summa tamen tellure. Estque res similis fere nitro, latis nonnunquam venis. Notum illud Theophrasto & Plinio, qui Theophrastum imitatus est. Et nomen suum apud nos retinet, & dicitur **Gyps**. Reperitur aliquot locis, atq; etiam ad Albim. Nam Albis vbi inundauerit, secum vehit gypsum, & lapidem specularem. Alterum gypsum est factitium, & fit seu coquitur (vtar enim verbo Plinii) ex lapide albo, simili alabastriti, cuius lapidis quasi venæ reperiuntur in saxis Ienæ, & ad syluam Hercyniam: item & Salueldiæ ad fodinas, & in Saxonia ad ipsa flumina. Et mihi videtur, q, ille lapis sit quasi medulla indurata saxi; **Steinmarck**: aut videtur esse species aphronitri, aut gypsi veri, aut lapidis calaminaris. Vnde & quidam Saxones & hunc lapidẽ vocant, **Vnser lieben Frawen Eyß**/cum sic calaminaris lapis proprie dicitur. Secundo gypsum factitium fit ex lapide illo scissili speculari, qui a Germanis dicitur, **Spiegelaß**/ glacies Mariæ, **Vnser lieben Frawen Eyß**/quia repræsentat formam glaciei. Et hoc est optimum gypsum, vt testatur Plin.l.36.c. 24. De lapide vero speculari infra plura de lapide Arabico & Selinite. Albertus, gypsi extremitatem natiui vult esse lapidem specularem. Ceterum de gypso consule Plinium L.iam C.& l.35.c.12.& 17.& Serap.lib.aggreg.c.Gypsen vel Ilgetin.

Gypsum candidissimum, solidum, Cyprium, de quo pocula & vasa varia fiunt, quibus odores continentur, **Weiß Gyps auß Cypern.**

2. Aliud

2. Aliud Cyprium candidiſſimum, venis cinereis diſtinctū, Gyps mit grawen Strichen.
3. Hildeshemium candidiſſimo ebori non diſſimile, Gyps wie ein Helffenbein.
4. Northuſanum candidiſſimum, e quo itidē pocula fiunt.
5. Aliud Northuſanum, venis ſubcinereis ornatum, ex quo ſimiliter fiunt pocula.
6. Gleboſum, quod marmoris more nitet & micat, Gyps einem Marmor gleich.
7. Hildeshemium gleboſum, molle, ſaccharo ſimile, Einem ſchönen Hutzucker gleich.
8. Isfeldianum capillare, Härícht Gyps.
9. Isfeldianum candidum ſciſſile, Schiffricht Gyps.
10. Ienenſe candidum, iuxta ſaxum calcarium, cinereum.
11. Hildeshemium, in candido cinereū, gleboſum, Liecht-grawer Gyps.
12. Hildeshemianum cinereum, ex multis cruſtis conſtans.
13. Mellei coloris, pellucens.
14. Subruffum Miſenum.
15. Vſtum, quo Thuringi calcis vice vtuntur, Sparkalck.
16. Vſtum, a quo varias imagines faciunt plaſtæ, Darauß man ſchöne Bilder geuſt.

H

HAdid, id eſt, ferrum.

Hæmatites, Sedeneg Arabice, a German. Blutſtein / propter colorem ſanguineum, quo tingit, & etiã ſpectatur præcipue, qui foſſilis eſt in fodinis, & propter effectũ etiã, quem habet in ſiſtendo ſanguine, in omni fluxu ſanguineo. Plinius varias eius ſpecies facit. Eſt n. hæmatites diuerſus ſecundum regionũ natales, in Lybia, Ægypto, & Hiſpania, & in Cheruſcis Northuſiæ: Item Hattesgerodæ, in Saxonia Goſelariæ, in Iudetis montibus Annæbergo & Geuro, ad Salam, Salfeldiæ, Salburgiæ, Ienæ. Eſt & diuerſus hæmatites, ſi mollitiem & duritiem eius conſideras. Sunt ergo hæ eius ſpecies mihi notæ.

Hæmatites. 1. Foſſilis, qui celebratur a Dioſc. l. 5. c. 90. cuius patria Ægypt⁹ eſt. Niger, colore ſaturato, durus, friabilis, ſuo ingenio æqualis, nulla ſorde admixta, nulloq; zonarũ diſcurſu. Hæc prima ſpecies inter foſſiles hæmatites noſtros reperitur, ſed rariſſime vix vnum & alterum vidi, vulgo alias omnino ignotus.

2. Niger reperitur Goſlariæ, reddens ſuccum croceum: duriſſimus, incognitus etiam officinis. Reperitur & is, licet raro ad Hercyniam ſyluã in Cheruſcis. Eſtq; procul dubio gemma ſeu lapis Alberti Medus niger, qui tritus reddit croceum ſuccum. Cuius altera ſpecies viridis. Dicitur autem Medus, quia a Medorum regione adfertur, & reperitur ad Phaſin.

3. Foſſilis in Haſſia, multis in locis reperitur, qui purpureus fiſſilis ſeu ſciſſilis.

4. Foſſilis pulcerrimus naſcitur in Geuro & Annebergo, Salfeldiæ. Hunc laudant aurifabri, quod ſit ad cotem duriſſimus, ad gemmas poliendas. Niger eſt, & quaſi turbinatus.

5. Foſ-

5. Fossilis reperitur in iisdem locis, niger, tres ad cotem reddens colores, Trichrus, qui possit dici: sicuti Plin. l. 37. c. 10. trichrum ex Aphrica, describit nigrum, qui tres succos reddit: a radice nigrum, medio sanguineum, a summo candidum. Et hic quoq; noster ille trichrus turbinatus est, & durus.

6. Reperitur in Cheruscis, Northusiæ, Hazgerodæ, quibusdã in montibus, qui omnino formam cerebri detecti prębet, longe pulcerrimus. Cuius formã satis mirari nequeo. Et eius virtutem mirabilem in sistendo sanguinẽ ex narib. expertus sum. Plin. l. 36. c. 20. hæmatiten & schiston cognationẽ habere docet. Et hæmatiten discernere venas rubẽtes, & q̃ sit natura friabilis. Præterea hæmatiten & anthracitin vocari ait. Quo nomine anthraces Græci multas res dixere, vt supra docuim⁹. Facit aũt eius 5. genera secundũ Sotacũ, p̃ter magnetẽ.

Hæmatites Plinii. 1. Æthiopicus, vtilissimus oculis, ex iis, quos vocant panchrestas. Hunc idem Plin. l. eod. c. 16. hæmatitem magnem vocat. Et reperiri eũ dicit in Æthiopia, vbi sit magnes ipse Æthiopicus. Est vero iuxta eundẽ hic sanguinei coloris. Si teratur, sanguineum & croceum reddit succum, sed tamen ferrum non attrahit, vt magnes. Et profecto est magna cognatio magnetis & hæmatitis. Ex magnete vehemẽter calore ambusto fiunt hæmatites. 2. Androdamanta, vel atrodamanta, duritia ac pondere insignis. Vnde & nomen inuenit, coloris nigri, p̃cipue in Africa inuenit᷑, trahẽs ad se ferrũ, reddens succũ sanguineũ. Huic respõdet plurimũ noster hæmatites, q̃ reperit᷑ in Geuro durissimus ad cotẽ, q̃ est trichrus. 3. Arabicus, durus, vix reddens succũ ad cotẽ aquariã, aliquãdo croco similẽ. Huic noster respondet, q̃ reperitur Goslariæ, & ad Hercyniã syluã. 4. Elatites, cũ crudus est. Coctus aũt dicit᷑ miltes. Vtilis ambustis, ad omnia vtilior rubrica. 5. Schistos, cui⁹ altera species nascit᷑ in Africa, S. nigrũ schiston. Quod attritum aquariis cotib. reddit ab ea partẽ, qua fuerit radix, ni-

grum colorem,ab altera croci.Ceterum,quæ ſint vires & auxilia his ſpeciebus conſule Plin.& Dioſc.L.C.vbi & inuenies modum adurendi & adulterandi hęmatitis.Deinde vbi plurimum reperiatur,nempe in rubrica ſinopica: & quod fiat plurimum ex magnete combuſto vehementer, ſeu igni artificiali, ſeu calore terræ. Hinc poſſibile eſt, vbi ſit magnes, & ibi reperiri hæmatitem: & econtra. Sic vti fieret in fodinis ferrariis, vbi magnes reperitur. Docet Dioſcor. etiam L. C. in Ægypto & hęmatitem ſponte natura in metallicis enaſci. Id fieri in noſtris fodinis in ſudetis montib. crebro videmus. Ceterum de Hæmatite vide Serapionem lib. aggreg. cap. ſedeneg. Et hæmatiten veteres Marti dicarunt.

Hæmorrhoides,ſanguinis in ano profluuium, die gülden Ader/ oder Blutfluß vnder ſich/Bauchfluß/ die Spän/ Blutgang (von vnten.

Hager, id eſt, lapis.

Hal, dicitur Sal.

Hal, id eſt, acetum, alias Hol.

Halimar, id eſt, cuprum.

Halcyon, alcion, alcedo, ornis actæ, cerylus, glacialis auicula, Eißvogel.

Halcyonium. Quæ ſint aues dilectæ Tethidi halcyones, quæ ſpecies, quando fœtificēt, quis modus parandi nidi, quæ eius forma, vide Plin.l.10.c.32.& l.2.c.49.& l.18.c.26.& illam lepidiſſimā fabulā apud Ouid.11.Metamor.& alios,qui de talibus ſcripſere. Merito quidem Glaucis Nereidibus, vt noſter dicit Virg.& Theocritus,halcedones vel halcyones aues pulcherrimæ ſunt voluptati. Ab iſtis ergo halcyonibus nomen habet halcyonium: ſeu ceycum a Ceyce. Eſt autem halcyonium nihil aliud, quam maris ſpuma concreta, & intus res ſeiſſilis,ſtimulans in faucibus & oculis. Vnde & hodie ſpuma maris in officinis dicitur. Sed non eſt ſpuma ſalis illa ſeu ma-

ris, de

ris, de qua supra egimus, licet cognatio in his quædam sit. Spuma enim salis illa est lanugo siue ramentum spumosi maris in petris coagulatum. Hoc vero halcyoniũ est spuma maris concreta, scissilis & spongiosa. Dicitur autem halcyoniũ, quia halcyones aues condunt nidos pendentes æquore, vt Poeta dicit, ex isto spongioso & cõcreto quasi lapide, vel iuxta hanc concretam spumam. Diosc. l. 5. c. 83. quinq; genera halcyonii recitat, hodie vix vnum & alterũ habetur, scilicet: Est halcyonium primum spissum acerbi saporis, spongiosa facie, tetri odoris, piscem olens, es fischenzet sehr. Hoc in littoribus maris, & etiam ad Hauelam reperitur, vbi sunt halcyones (quæ ab incolis dicuntur, licet improprie; Wasserhünlein / & aliquo modo proprie, Eißvogel / quia glaciosa hyeme nidificat & excludit pullos. Illo tamen nomine dicitur & alia auis, nempe; quæ ispida est.) Secundum halcyonii genus est simile pinnulis oculorum, aut spongiæ, fistulosum, leue, odorem refert algæ. Hæc duo prima genera in smegmata fœminarum sumuntur. Hinc Ouid. dicit de Med. faciei:

Addita de querulo volucrum medicamina nido,
Ore fugant maculas: halcyonea vocant.

Tertium genus est in forma simile vermiculo, & magis vergit ad purpuram: & illud vocant Milesium. Estq; diureticum. Quartum genus est succidis vellerib. non dissimile, multisq; hiat inanitatibus, leue. Quintum genus exsistit fungi figura, sine odore asperum: in Propontide iuxta insulam Besbicon nascitur: & patrio nomine, quia salsum & asperũ est, vocant halosachnem. Estq; aptum dealbandis dentibus. Et hoc assumitur ad smegmata & psilothra. Ceterum quomodo cremari & lauari debent halcyonia, vide Dioscor. L. C. & Bulkasim. Plin. l. 32. c. 5. fieri halcyonium dicit ex nidis halcyonum

ſiue ceycum, aut e ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, aut e limo, vel quadam maris lanugine. Et facit eius genera quatuor. Primum cinereum ſpiſſum, odoris aſperi: ſecundũ molle, leuius, odore fere algæ: tertium cãdidioris, forma vermiculi: quartum pumicoſius, ſpongiæ putri ſimile, pene purpureum, quod optimum, Mileſium vocetur. Ceterum de viribus illorum eundem conſule L.C. & Serap. lib. aggreg. cap. Zebus Albach, ſiue Zebethabar: Almanſorem 3. tract. capite ſpuma maris. Qui omnes has ſpecies dicit calidas & ſiccas. Poſtremo fuerunt, & qui halcyonium non ſpumam maris eſſe dicerent, ſed idem hoc, quod artis, id eſt, adarce dicitur, & caro marina.

Hara, id eſt, Iuniperus, Räckholder.

Halinitrum, Salniter.

Harmat, id eſt, fructus Iuniperi.

Harmel, ſemen rutæ ſylueſtris, Wild Rauten Samen: etliche wollen/es ſeind Dreib Körner.

Haro, ſpecies filicis ſimilis polypodio, ein Geſchlecht deß Farns/ oder Waldfarren/wie Engelſüß.

Harpago, Fahack/Stürtzhacke.

Harpago prægrandis, Prembs/Prembsſchuch.

Hartwerck, ſpecies panum æreorum.

Haſacium, id eſt, ſal Armoniacum, Salmiax.

Heinricus rubeus, eſt vitriolum ad rubedinẽ calcinatum, Roter Heintz/das iſt/rot calcinirter Vitriol.

Hel, id eſt, mel.

Helebria, ſpecies verarri nigri rubeos flores edentis.

Helle, id eſt, viſcus.

Heliotropium eſt meliſſa Paracelſi: Sonnen Würbel: das blaw helt Theoph. für ſein Meliſſen.

Heliotropium gemma naſcitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei

racei coloris, ſmaragdo ſimilis, ſanguineis tamen diſtincta eſt guttis.

Heliotropium vero dicunt, quia deiecta in vas aquæ fulgorem Solis accedentē percuſſu ſanguineo mutat, maxime Æthiopica. Eadem iuxta aquam ſpeculi modo Solem accipit deprehenditq; defectus ſubeuntem lunam oſtendens. Magorū impudentia heliotropium valere dicit vnctum ſucco herbæ eiuſdem nominis, ne gerens illam conſpiciatur. Hanc & reddere diuites & homines bonæ famæ, valere contra venena, & fluxus ſanguinis: Vide Plin. l. 37. c. 10. & Alb. in ſuo Lapidario.

Helneſed, id eſt, Corallus.

Helunhai, id eſt, annulus Salomonis in arte Nigromantiæ.

Hemicyclium, Sonlegebrättlein.

Heſmic, quarta pars libræ.

Hidus, id eſt, flos æris.

Hinnicula, genicula, gumicula, Valeriana. Verum puto variationem ex errore ſcribentium.

Hiſmat, id eſt, ſpuma argenti.

Hiſpanicum viride, id eſt, Hyſpalenſis, id eſt, viride æris.

Homo funem in brachium vel pectus inuoluens, Sackzieher.

Homunculi imagunculæ, quæ hominem ſidereum inuiſibilem in ſe habent ad hominum ſimilitudinem factæ, Kleine Menſchen oder Bilder auff den Menſchen gemacht/ die den vnſichtbaren Menſchen deß Geſtirns in jhnen haben.

Holſebon, helſaton, helſebon, id eſt, ſal cōmune præparatum.

Horizon, mercurius auri, Das Queckſilber auß dem Gold.

Hunc, id eſt, Iupiter, ſtannum vel hucci.

Humor vitæ omnia viuentia ne areſcant, ſuſtentans, fomentum & pabulum calidi naturalis; alias radicalis humor: Was ein lebend Ding/ daß es nit verſawre/ aufffenthalt.

Humoris receptaculum, Aizucht.
Hyarith, ist Luna.
Hyacinthus, ein Hyacinth. Gemma est differens ab amethysto, quod fulgor violaceus emicans in amethysto dilutus est hyacintho, gratus primo aspectu, euanescit antequã satiat, marcescens celerius nominis sui flore: vt inquit Plin. l. 37. c. 9. & Solin. c. 33. Mittit autem hyacinthos & chrysolithos Æthiopia, India, Arabia. Arabes tres eius faciunt species: scil. coloris rubri, citrini, & antimonii. Albertus eius duo genera facit, scil. aquaticum, quod in flauo albescat, vel in rubeo aquescat. Deinde sapphirinum, quod perlucidum & flauum valde. Hinc dicimus hyacinthum sapphirinum, cuius patria in Æthiopia. Vis est hyacinthi prouocare somnum, valere contra toxica, exhilarare hominem, cõfortare cor. Reliqua, quæ plus quam magica mihi videntur, omitto. Ceterum hyacinthum veteres astrologi dicarunt Ioui.
Hyacinthus, qui in auro ruffescit, Ein brennender Jacinth.
2. Aurei coloris.
3. Ad electri colorem declinans, Ein bleicher Jacinth.
4. Scaber, Ein vnreiner Jacinth.
5. Adulterinus & factitius, tinctura adhibita, Ein falscher Jacinth.
Hydropiper, persicaria rubeis tincta maculis, rot Wasserpfeffer. Sine maculis genus persicariæ vocamus, Pfohenkraut.
Hydromantia est ars sumta ex astris aquæ, cum in ea sese patefaciunt hominibus ab inundationibus inusitatis, fluctuationibus, aliisq; apparentiis.
Hydrophorbia, Wassergall.
Hypoglossum, hippoglossum, epiglossum, epiphyllocarpon, vuularia, bonifacia, lingua pagana, bis lingua, Auffenblätter/ Zäpffleinkraut/ Haugblat/ Behrblat/ Zungenblat/ Kälkraut/ Tapenskraut.
Iacens,

I

IAcens, vel fundamentum montis, Daß liegend deß Bergs.
Iaſſa, id eſt, herba Trinitatis, Jeſusblümlein / Dreyfaltigkeitblümlein.

Iaſpis, hæmatites, Blutſtein. Eſt alius viridis coloris.

Iaſpis a Germanis, ein Jaſp / lapis ſeu gemma eſt multarum ſpecierum. Nam Dioſcorides eius ſeptem enumerat ſpecies, ſcilicet: Eſt Iaſpis viridis Smaragdo ſimilis. Secundo Iaſpis eſt ſimilis cryſtallo, colore pituitam imitans. Tertio eſt Iaſpis non diſſimilis aeri. Vnde dicitur aerizuſa. Quarto eſt Iaſpis, quaſi fumo infecta, quæ dicitur capnias. Quinto Iaſpis eſt lineis albis, & reſplendentibus præcincta, appellata aſſyrios. Sexto eſt iaſpis ſimilis terebinthinæ, quæ dicitur terebinthizuſa. Septimo, eſt Iaſpis æmula gemmæ Callaidis. De qua ſupra cap. 48. Sunt omnes amuleta, & accelerant partum appenſæ femoribus, ſecundum Dioſcoridem. Plin. lib. 37. c. 8. & 9. plurimas ſpecies, propter colores, patriam, & bonitatem Iaſpidis enumerat, quarum nonnullas hoc loco addemus. Primum ſecundum Plinium, eſt Iaſpis viridis tranſlucens, ſimilis Smaragdo Indicæ, quam gentes plurimæ ferunt. Hanc totus Oriens pro amuleto habet, & e petra cum per trāſuerſum linea alba præcingitur, dicitur grammatias, & poligrammos a pluribus. Secundo Iaſpis eſt, Plinio glauca pinguis in Cypro. Tertio eſt Iaſpis aeri ſimilis in Perſia, propterea talis dicitur aerizuſa: & a Græcis boria, quia cœlo autumnali matutino ſimilis. Quarto Iaſpis eſt cœrulea, circa amnem Thermodoontem. Quinto eſt Iaſpis purpurea in Phrygia. Sexto eſt ex purpureo, cœrulea, non refulgens, in Cappadocia. Septimo eſt Iaſpis ſimilis Indicæ in Thracia. Octauo eſt Iaſpis turbida in Chalcide. Nono eſt violacea

in Sardis. Decimo est similis crystallo, aut phlegmati. Optima autem Iaspis secundum eundem Plin, est, quæ purpurea, aut rosæ similis, vel smaragdo. Meminit autem Plin. L.C. & onychi punctæ gemmæ, quam vocant Iasphonychem: quæ quasi nubem complexa, imitando niuem, stellata rutilis punctis, similis sali Megarico est: & veluti fumo infecta, capnias dicitur. Hanc vero onychipunctam Dioscorides simpliciter enumerat inter Iaspides. Et Plin. L.C. & a Theophrasto & a Dioscor. discrepare nonnihil videtur. Sed hæc relinquamus doctioribus excutienda. Iaspidis proculdubio & est species gemma illa tanti pretii iam apud nos, quę dicitur turchus, vel vt volunt, turchoys, ein Türckes. Coloris ad cœruleum tendentis: nonnunquam flaui, nitidi, candidi, ac si lac penetraret in colorem flauum. Cuius vim volunt esse, quod confortet visum, & præseruet a variis casibus. Nos quoq; in Germania Iaspidis speciem pulcerrimam habemus, in Bohemia viridis, internitētib. rubeis lineis, & punctis, & spadicei coloris, Castanien braun/immensi effectus. Et reperitur circa Ienā in Thuringis, Aldenburgi in Misnia, & aliis locis. Iaspidem contra sanguinem & fluxum menstruorum præsentissime valere expertus sum. Item iuuat & partum, & tegit conceptum.

Iaspis, Smaragdo viridi similis vna parte, altera cœruleo fossili obducta, Ein Schwatzischer Stein/ halb Malachit/halb Bergk Lasur.

2. Smaragdo similis, quæ lineis e cœruleo fossili ornatur, Dardurch blawe Strich gehen.

3. In viridi cœrulea, Ein blawlichter Jaspis.

4. In viridi nigra, Schwartzgrün.

5. Viridis, lacte fuffusa, Weißgrün.

6. Bo-

6. Borea, quæ cœlo ſereno eſt cœrulea, dicta Turcica, Ein Orientiſcher Türckiß.
7. Borea, quæ cœlo ſereno eſt cœrulea, & dimidia ſui parte viridis, Ein Türckiß/der halb Jaſpis.
8. Borea, Strigenſis, in cœruleo albicans.
9. Iaſpis borea factitia, Ein gemachter Türckiß.
10. Iaſponyx lapis, qui in vna ſui parte eſt Iaſpis, in altera Onyx, Auff der einen Seiten halb ein Chalcedonier.
11. Iaſpis purpura, cum chalcedonio mixta, albis punctis, Voller weiſſen Flecken von Chalcedonien.
12. Purpurea, quæ plena eſt punctis vel maculis candidis ex Onyche, & flauis, quaſi ex eiuſdem generis Iaſpide.
13. Purpurea, quæ punctis & lineis candidis ex Chalcedonio & Iaſpide rubra & flaua mirifice eſt compoſita.
14. Purpurea, pura.
15. Corenſis, ex Miſnia, ſanguineo colore rubens, Ein ſchöner roter Jaſpis/ſo zu Coren in Meiſſen bricht.
16. In rubro nigra.
17. Flauo colore diluto.
18. Flauo colore ſaturo, Ein ſchöner rotgelber Jaſpis.
19. Flaua rubris maculis.
20. Iecoris colore.
21. Saturo iecoris colore, Ein dunckel Leberfarber Jaſpis.
22. Iſlebiana rubra, quæ in ſe habet, vt geodes Moteſchanus, fluores candidos, pellucidos, ſexangulos.

Icteritia rubea, hereſipela, Das Rotlauffen/Wolcken/ſchöne.

Idam, id eſt, pulmentum, Ein Muß.

Idiotæ ſunt contemtores verarum artium, etſi falſarum ſint peritiſſimi profeſſores, Ein vngelehrter/Verſpotter/Verachter guter Künſte.

Idroagira, id eſt, aqua alkali.

Idraogiros, id est, Vnter ein Mist göllen / oder Mist setzen vnnd thun.

Iffides, id est, cerusa vel cinis plumbi.

Ignis, Ist nach etlicher Meinung das Oel/ so auff der distillation schwimmet.

Ignis. Ignis pro lapide philos. Bernhardus sagt: Das habe er zu offenbaren verlobt/ sie sagen aber dannoch / man solls machen/ mit Mist/ Ampeln/ oder Kolen. Der erste Grad geschicht im Wasser/ der ander/ in Eschen/ der dritt in Sand/ der vierdte/ in Eisen feylet/ oder in der Flamm.

2. Rosarius sagt: Das Fewer deß Mists wircket in der digestion, da das balneum nichts gilt: Darumb wöllen etliche/ man soll in das balneum Aschen thun / vnnd wann man das Fewer mehren wölle/ soll man Sand drein thun.

3. Das Regiment deß Fewers beschreiben sie durch die vier Zeiten deß Jars. Aurora sagt: mache ein Fewer Dampffecht/ das digirir vnd Koch stetig / nicht wallendt oder siedent/ subtil vnd verschlossen/ mit Lufft vmbgeben/ daß nichts verbreñ oder verendere/ durchtringe/ penetrire, also sagt auch Treuisanus.

4. Der erste Grad deß Fewers wehret/ biß die Weiß angehet/ vnd geschicht mit einer Lampen/ drey Monat. Der ander/ biß die Weiß verbracht ist/ mit zweyen Dochten drey Monat. Der dritte/ biß die Weiß fix ist mit drey Dochten/ drey Monat. Der vierdte/ mit Kolen biß ans Ende drey Monat.

5. Die Flamm soll das Faß nicht anrüren.

6. Das Glaß soll nicht herausser genommen werden/ biß alles fertig/ vnd vollbracht ist/ laß dich andere nicht jrr machen.

7. Wann du die materi einsetzen wilt/ soll Glaß vnnd materi warm sein / daß sichs nicht anhänge / dann rüttels fein wol zusammen/ daß zu Boden sencke/ vnd also sigillirs.

8. In

8. Inder distillation soll der alembic Gläseren sein/ vnnd an allen Fugen bestrichen.

9. Teruis. Kochs also/daß die Elementen bleiben/ vnd regier das Fewer also/daß das Wasser nicht destruirt werde/ also regier die Erden/ daß der Lufft nicht zerstöret werde/ dann die Aschen ist ein erstorben Ding/ kan nicht aufferweckt werden/ aber der Kalck kans.

Ignis calor, aut est naturalis, aut artificialis,

Ignis algir, id est, Ignis fortissimus.

Ignis elementaris, id est, sulphur, sed non vulgi.

Ignis sapientum, id est, fimus equinus calidus.

Ignis clare ardens, id est, sulphur.

Ignis exstinctus, id est, sulphur exstinctum.

Ignis Persicus est vlcus ardoris incendio torquens, heiß Brandt.

Ignis pruinus adeptus est quinta essentia vini,(al. vitrioli) cum tartaro rectificata, wann die fünfft essentz deß Weins mit dem tartaro rectificiret wirdt.

Ignis leonis, elementum ignis, æther, pyr, æthos, Iupiter argos, Das Element deß Fewers.

Ignis quatuor gradus artificib. sunt attendendi, in quos is distribuitur, & non ipsi gradus tantum, secundum totos, sed & eorum principia, media, fines; sicut eos obseruasse priscos Philosophos constat. Æstimantur autem illi, non sensibus tantum, sed & effectu in rebus ipsis, & iudicio sensibus coniuncto, potissimum vero visui & tactui. Primus gradus est lentissimus, instar teporis ignauiusculi, vocaturq; calor balnei mitis, aut fimi; vel digestionis, circulatorius, &c. Qui ad tactum ita describitur, vt eum digitus hominis teneri semper ferre possit, & cum habeat suas intensiones & remissiones, nunquam tamen euidentem, aut acrem sensum gignere debet. Huius generis est ignis vaporosus Philosopho-

rum, qui deſcribitur incubatu gallinæ excludentis pullos, aut hominis recte diſpoſiti natura. Is plerunq; talis eſt, qualem ſuppeditat fornax vaporarii moderate incenſa, aut qualis eſt catini arenarii fornaci inſiſtentis, vel huius locati in catino arenario, flamma modeſta. Secundus gradus eſt intenſior, adeo vt iam euidenter feriat tactum, neq; tamen vim afferat organo. Appellant calorem cinerum, quod mediocris ignis ſub catino cinerario incenſus talem præbeat: Cineres enim ob raritatem, non admodum aerem concipiunt. Tertius gradus eſt cum læſione tangentis, & cõfertur arenæ feruenti, vel ſcobi ferreæ, vt dicatur ignis arenæ, vel limaturæ ferri, &c. Quartus eſt ſummus gradus, & plerunq; deſtructiuus. Nominant ignem reuerberii, & viua flamma lignorum, vel congeſtarum prunarum, follib. alacriter inflatarum, procuratur. Hi gradus cum referuntur ad effectum in certis rebus, valde mutantur. Ita n. fit, vt qui vltimus eſſet, in planta, primus ſit in ſtibio, vel alia re firma. Sed & licet balnei calore intelligatur gradus primus: tamen in operatione per balneũ omnes quatuor poſſunt habere locum, vt ſit primus, cum modice aqua incaleſcit, ſecundus cum iam acriter ſentitur, tertius cum vrit, quartus cum feruore maximo etiam corrumpit, quæ omnia in oleo etiam euidentius conſpiciuntur.

Ignitio eſt calcinatio, corpora ignis violentia in calcem reducens: Eſtque combuſtio & reuerberatio.

Ilech primum, i.e. principium, Ileias, Ileadus, **Der erſt Anfang.**

Ilech ſupra naturale, vel primum ex aſtris eſt coniunctio ſupercœleſtis & ſyderum firmamenti cum aſtris rerum inferiorũ vnio: **Das erſt Geſtirn** Ilech, **iſt eine vberhimmliſche Vereinigung deß obern firmamentiſchen Geſtirns mit dem Geſtirn der vndern irrdiſchen Dingen.**

Ilech magnum eſt aſcendens ſiue aſtrum medicinæ, quem accipimus

cipimus vna cum medicina, in qua ille occultatus eſt, vt ſuperiora ſydera in firmamento, inferiora in homine, Das groß Ilech iſt das aſtrum, oder das auffſteigendt der Artzney/ darinn er verborgen ligt/wie das ober Geſtirn im Firmament/ vnd das vnter im Menſchen/mit der Artzney geben vnd eingepflantzt iſt.

Ilech crudum eſt compoſitio ex prima materia trium primorũ, Mercurii, ſalis & ſulphuris, e quibus omnia ſunt compoſita, Das rohe Ilech iſt ein zuſammen geſetzte Materi auß den 3. erſten/Mercurio, Saltz vnd Schwebel.

Ileidos eſt aer elementalis, heoe phereſbios, cœlum: in homine vero eſt ſpiritus, qui tranſit per omnia membra, Iſt das Element Lufft/aber in vns iſt es der Geiſt/ der alle Glieder durchgeht.

Iliaſter in genere dicitꝰ occulta naturæ virtus, ex qua res omnes habent incrementum, aluntur, multiplicantur, & vegetant: de quo lege l. de meteoricis generat. Parac. Iſt eine verborgene Krafft od' Tugent der Natur/auß welcher alles erwächſt/ genehrt vnd gemehrt wirdt. Varie autem ſumitur vel de elementis, vel de homine. In elementis potentia ſiue virtus eſt naturę vegetatiua, eaq; quadruplex iuxta numerum elementorum, vocatur chaos.

Iliaſter, Eliaſter, Iliadum eſt prima rerum omnium materia e Mercurio, ſale, ſulphure conſtans, chaos: Nihil enim eſt in tota rerum natura, quod non ex iſtis tribus conſiſtat: atque hæc tria Theophraſti ſunt principia, quæ analyſi ſpagyrica deprehenduntur: Nihil præter tria inueniemus, quæ ſingula in ſingulis elementis ſunt. Hæc tria etiam Ioan. Fernelius animaduertit in ſua medicina de humido innato: Hæc veteres etiam olim tradiderunt: Itaq; non primus Theophr. inuenit, ſed e tenebris obruta in lucẽ reuocauit. Quadruplex

vero eſt iuxta 4. elementa: primus eſt Cahos terræ, ſecundus cahos aquæ, tertius cahos aeris, quartus cahos ignis. Item 4. ſunt hominum Iliaſtri concernentes longæuam vitam.

Iliaſter primus vel inſitus eſt terminus vitæ, imo ipſa vita vel eius balſamus in homine: Der erſt oder eingeſatzte Iliaſter, iſt ſelbs das Leben / das Zweck deß Lebens / der menſchlich / lebhafft Balſam.

Iliaſter ſecundus vel præparatus eſt terminus vitæ, quem ex elementis vel rebus elementatis habemus, vitaque ipſa: Der ander oder bereiter Iliaſter, iſt das zugerichtet Ziel deß Lebens / der Balſam / den wir auß den Elementen oder elementiſchen Dingen haben.

Iliaſter tertius eſt terminus balſami pręparatus, quem ex rerum quinta eſſentia habemus: Der dritt iſt das End deß Lebens / vnd der Balſam / den wir auß dem fünfften Weſen ſchöpffen.

Iliaſter quartus ſiue magnus eſt mentis ſiue animi lapſus in alterum mundum, vt Enoch, Eliæ & aliorum: Der vierdt oder groß Iliaſter, iſt die Verzuckung vnnd Verfalrung deß Gemüts / ſo der Menſch in ander Welt verzuckt wirdt / alß Enoch / Elias / vnd Paulus.

Imagines ſunt metallicæ ſiue cereæ effigies, in quibus virtutes cœleſtes operantur: Metalliſche oder Wachſen Bilder / in welchen die himmliſche Krafft wircket.

Imaginatio, eſt aſtrum in homine, cœleſte ſiue ſupracœleſte corpus, Das Geſtirn im Menſchen / der himmliſche oder vberhimmliſche Leib.

Imbibere, id eſt, terendo inſpiſſare.

Imbibitio eſt ablutio, quando liquor corpori adiunctus eleuatur, & exitum non inueniens in corpus recidit, idque crebris humectationibus tantiſper abluit, donec cum illo puro coagulatus,

gulatus, amplius aſcendere nequit, ſed totus fixus manet. Hæc plane philoſophica eſt operatio, nec ad vulgares ſeſe dimittit.

Immerſiua corroſio eſt, quando corpora aliis rebus immerſa, in calcem rediguntur. Eſtq; Humida vel Sicca.

Impreſſiones ſunt fructus inuiſibiles, vt ſtellarũ in inferioribus, non Solis & Lunæ, Vnſichtbare Frucht deß Geſtirns.

Impurum alcali eſt eius ſpuma, quæ aufertur in repurgatione poſt exſtructionem.

Impurum tartari eſt ipſius alcali, Deß tartari abſchaumet / ein rauch Saltz.

Inanimati, id eſt, pygmæi.

Incarnatiua chirurgorum ſunt medicamenta vulnerib. cutem obducentia, vel carnes concludentia, ſindt Artzneyen / die das Fleiſch machen wachſen.

Inceratio eſt miſtio humoris cum re ſicca, per combitionem lentam ad conſiſtentiam ceræ remollitæ. Inde enim vocatur ἐγκήρωσις: alias etiam imbibitio, quæ fit per irrigationem, re ſicca potante humidam. Nec alia nutritio eſt medicorum, qua ſarcocolla, lithargyrus, & alia paulatim ſucco quodam potantur, & ad vſum euadunt commoda.

Incilia, Gräben mit Steinen außgemawrt / vnd verſtrichen.

Incineratio eſt ignitio corpora vehementiore igne in cineres conuertens. Incinerantur autem vegetabilia & animalia: mineralia autem (chymico more loquendo) proprie non in cineres, ſed calcem redigi dicuntur.

Incineratio vnd Dealbatio, wann die Schwartz beginnt zu weichen / vnd die Materi anfängt zu weiſſen / wie Eſchen / alß dann vermiſcht vnd vereiniget ſich Fewer vnd Waſſer / oder Erde vñ Waſſer / das Waſſer geht ab / die Erdt nimbt zu / biß alles gantz dürr / trucken vnd Puluer wirdt.

Inclinatio eſt vis naturæ, vel ea, quæ hominis naturam oſtendit, Die Krafft vnd Neigung/ſo der Menſchen Art vnd Natur anzeiget.

Incorporatio eſt commiſtio, qua ſtatim humida cum ſiccis in vnum corpus per formam maſſæ contemperantur. Itaq; hic non fit lenta nutritio, ſed tantum humoris ſtatim additur, quantum ad corporis miſti conſiſtentiam requiritur, vt fiat veluti paſta, vnde & impaſtatio nominari poteſt, in nonnullis ſubactio. Incorporatæ autem res in calore digeſtorio relinquuntur, vt mutua actione & paſſione craſin communem nanciſcantur.

Incuba, id eſt, ſponſa Solis.

Incubus eſt nocturnus ſpiritus illudens fallenſq; mulieres in ſomno, ac ſi cum eo rem commiſcerent.

Indicum ſal, id eſt, ſal gemmæ.

Indicus color, Weilenblaw Farb.

Indicum ſpuma eſt duarum ſpecierum: ſcil. eſt Indicum natiuum partim, quod ſua ſponte naſcitur in arundinib. quibuſdam Indiæ. Pictoribus dicitur lapis Indicus, licet improprie: non n. eſt lapis: a Germ. vocatur, Indich: huic ſimilis eſt ferme adarces, de qua infra agemus, quia ita & adhæret arundinibus: ſed adarces fit: Indicum naſcitur ſua ſponte in arundine. Partim factitium in officinis tinctorum: Eſtq; ſpuma purpurea, innatans cortinis. Optimum eſt factitium illud, quod cœrulei pbet ſpeciẽ: habet n. cœruleũ in nigro colorẽ, Germ. dicunt, Waidblum oder Färber Indich leuiter adſtringit, rumpit, purgat, & reprimit vlcera. Plin. lib. 35. cap. 6. Indicum natiuum inexploratæ inuentionis eſſe ſibi dicit. Factitium autem fieri e flore nigro, qui adhæreſcit æris cortinis. Alii ſuccum herbæ ſimpliciter dicunt, qua tinguntur nunc panni, quam vocant Indicum, id eſt, glaſtum, quod aliud eſt

domeſticum notum Thuringis, quo maxime vtuntur tinctores. Vnde & hoc factitium Indicum, Waidblum / Färber Indich/proprie fit. Alterum eſt glaſtum ſylueſtre, Wilder Weid. De quibus vide Dioſcor. l. 2. de glaſto cap. Conſule Serap. l. aggreg. cap. Nileg.

Influentia eſt, quando imaginatione ac mente ſuperiorum ſiderum atque planetarum naturam ac virtutes in nos attrahimus, Einfluß iſt/wann wir durch vnſer Stärcke Einbildung der obern Geſtirn vnd Planeten Tugent vnd Natur an/vnnd in vns ziehen. Duplex eſt: Vera, quæ per creaturam ad nos venit, vt influentia cœli per firmamentum: altera vero, quæ ſine mediis nobis datur, ſcilicet a Deo ſolo: hæc eſt ſupernaturalis, vt altera artificialis, naturalis atque moralis: Zweyerley Influentz / eine die durch Creaturen zu vns kommet / alß durch die Himmel/vnd das Firmament/die ander ohn Mittel durch Gott.

Influentia naturalis eſt ea, quam infundunt aſtra ſuperiora firmamenti ex naturali præſcripto in hæc inferiora, quibus gubernant ac regunt per inclinationem in hominum brutis aliiſque, & per vires ac efficacias in inſenſatis. Inde colligendum inclinationẽ eſſe brutinã quandã vim & magneticam attractionem, cui per moralem influentiam reluctari ac reſiſtere facile (ſuffulti diuino tamen afflatu, aliquando difficilime) poſſumus.

Infundibulum eſt vas metallicum oblongum, cum manubrio, interius excauatum, liquata metalla recipiens, & in virgas, vel baculos conformans, Germanis, ein Einguß dicitur. It. Goſſe/Stürtze.

Infundiren, Eintrăncken.

In globulos diſſoluere.

Ingeſtores, Berg Anſchlager.

Inhumatio, feuchten/geſchicht im Miſtbad. Ll 2

Inhumare, vnter die Erden vergraben/zu putrificiren, oder auch zur Erden machen. Wann die solution geschehen ist/ so wirdt der senior begraben in balneo. Da wirdt er bedeckt mit der Schwärtze/vnnd ligt aller Glantz verborgen/ vnnd ist also die Sonn/in ein finsteren Grab vntergangen.
In marmore vel in marmario terere, auff eim Marmel oder Mörsel reiben.
Insidere in bacillo, Auff dem Knebel einfahren.
Insidere in corio, Einroschen.
Instrumentum metallicum, significans mundi partes, Berg-Compaß.
Instrumentum cum indice mensorum Alpinorum, Schiner Compaß.
Instrumentum ferreum, quod machinæ folles comprimit, Schinhacke.
Instrumentum ferreum, quo terra verberatur, Pöreisen.
Interior murus fornacis, Futter.
Inter venium, Keilbergs.
Ios, id est, venenum.
Iota, iora, id est, viride rama.
Ipacedes, id est, barba hircina.
Iris gemma crystallo similis, & secundum nonnullos radix crystalli, frequenter hexagonus reperitur in Arabia, & secundũ Plinium: lib.37.c.9. in Insula quadam rubri maris. Sic etiam apud nos inuenitur in montibus & riuulis Westphaliæ inter Rhenum & Treuerensem ciuitatẽ, & hunc volunt cadmiam esse natiuam ipsius Galeni, vt litera de cadmia natiua. Volunt autem illum hexagonum fieri, cum in aliis lapidib. nonnunquam reperiatur rotundus, sicuti foramina apum in medio posita hexagona efficiuntur, cum illa, quæ sunt in extremis sunt rotunda. Estq; lapis siccissimus, idq; sua maxima subtilitate

tate indicat: voluntq; eum naſci ex aqueo ſucco, qui labitur de materia lapidis, qui generatur in luto rubeo. Dicitur vero Iris, quia in medio eius repræſentat Irin meteoron diſtinctis venulis: vel quia ſub tecto repercuſſus lapis is ſole, ſpecies & colores arcus cœleſtis in proximos parietes eiaculatur, teſte Plinio L.C. Et addit idem Plinius, aliquas eſſe ſcabris lateribus, & angulis inæqualibus, quæ cum in ſole aperto proiiciantur, radios faciant in ſe recandentes diſcurrere, aliquas etiam ante ſe proiecto nitore adiacentia illuſtrare. Poſtremo addit & aliam Irim ſimilem ceræ, præduram, quæ in Perſide naſcatur, & huic ſimilem aſpectu, ſed non eiuſdem effectus gemmam, quæ zeros nomen habet, albam, nigramq; in tranſuerſum diſtinguentem cryſtallum. Si vis, huc referre poteris lapidem dæmonis Alberti, qui bicolor etiã, vt Iris, qui confert febricitantibus & pellit venenata. De Iride vide & Solinum in Polyhiſt. cap. 36.

Iua arthetica vel muſcata, **Ein Artzney zu den lamen Gliedern.**

Iua potabilis, **Ein Tranck/ so die lamen Glieder widerumb zu recht bringet.**

Iudex metallicus, **BergRichter.**

Iumniſum, Iumnizum; id eſt, fermentum.

Iupiter, id eſt, ſtannum.

Iuratus partium venditor, **Krãntzler.**

Iuſſa, id eſt, lapis gipſius.

K

KAchimia vel Kakimia, eſt immatura cuiuſcunq; metalli minera, vel ſemiperfectum metallum, quod adhuc in primo ſuo Ente, vt infans in vtero matris deliteſcit. Eius ſpecies 30. cognitæ ſunt: Ein vnzeitig halbgewachſen Ertz/ daß noch in der Erden Vnreinigkeit liegt/ wie das Kind in Mutter Leib/ deſſelben Geſchlecht ſindt ob dreiſſig.

Kaib, Gerunnen ſawr Milch.

Kal, id eſt, Sal de torrente.

Kald, id eſt, acetum.

Kali, id eſt, cinis clauellatus, alkali, Iſt ein geſaltzen Kraut oder Gewächß/ welches Aſchen/ ſo man es verbrennt/ ſich zuſam̃en knollet/ an ein maſſam, dieſelbe wirdt in vnſer Sprach ſoda genennt/ auß welcher man das Glaß machet. Aber das Saltz/ ſo in der Kochung deß Glaßmachens herauß fleuſt/ das iſt ſal alkali.

Kali, Arabice Vſnen, Rhaſis aber ſpricht/ daß kali ſey alumen aſ-(fur.

Kalnos, id eſt, fumus,

Kamar vel Camar, id eſt, argentum, kyana.

Kamir, id eſt, fermentum.

Kanfor, id eſt, ſtannum.

Kaprili, id eſt, ſulphur.

Kar, id eſt, gemma lucens, ſicut ignis.

Karabe, id eſt, gumma ſicut ſafforata, Agſtein.

Karlina, eſt anethum ſylueſtre.

Kartina, Eberwurtzen.

Kaſam, id eſt, ferrum.

Katimia, heiſt Græce Kadmia, latine Calamina, vel lapis calaminaris, Galmy aber iſt eine Wurtzel Tutiæ, ja vielmehr nach der Warheit iſt es die Tutia ſelbs raw/ denn es iſt der Stein/ damit

damit das Ertz zu Mösch gefärbet vnnd tingirt wirdt / in welcher Wirckung / daß / so sich zu den obern wenden deß Ofens anhängt / ist die wahre Tutia, die man nennet pompholix.
Kayl, id eſt, lac acetoſum.
Kayſir, id eſt, ſpuma maris, proprie pumex, Bimbß.
Kazdir, kaſdir, kacir, kaſſiceros, id eſt, ſtannum.
Kibrith, id eſt, ſulphur.
Kibric, iſt deß Mercurii vnd aller flüſſigen Ding Vatter / vnd die erſte Materi darauß Mercurius wirdt / wirdt auch der lapis ſelbs genennet.
Kiſes, Saltz vom Bach.
Koboltum vel kobaltum vel colletum eſt metallica materia plumbo nigrior & ferro, interdum cineritium, colore carens metallico, funditur tamen & laminatur: propterea fixũ non eſt, ſed meliora metalla ſecum per fumum abducit. Eſtq; cadmia lapis, e quo æs fit medicinæ vtilis, lapis ærofus, climia, cathimia, lapis calaminaris: Cobolt iſt ein ſchwartz / etwan ein wenig Aſchfarb Ertz / daß ſich hämmern vnnd gieſſen läſt / hat aber kein metalliſchen Glantz / iſt ein raubendt Schwebel / der im Rauch das Gut Ertz wegführt.
Koma, Komartos, id eſt, calx viua.
Konis, id eſt, cinis.
Koſt, fagus, lignum faginum, Büchen Holtz.
Kuhul, Turba fol. 21. Iſt der Stein / darauß das Bley gemacht wirdt / plumbum philoſophorum.
Kumen, iſt Vereinigung.
Kuria vel kymia, id eſt, maſſa, heiſt dieſelb Kunſt / alchimia, alkymia.
Kybrius, kebrick, id eſt, Arſenicus.
Kymit eleuatum, cinabrium album ſublimatum.

Kymus, id eſt, maſſa.
Kymum vel Kyminum, id eſt, coadunatio.
Kymia, iſt das Geſchirr/ oder Cucurbit / daß durch die Diſtilli-rung geſchicht.
Kymenna, id eſt, ampulla.
Kymolea, iſt der lutum, der ſich vnter dem Schleiffrad oder Schleiffſtein/ daran man die Waffen ſchleifft/ od' poliret, verſamblet/ vnd heiſt auch Chymolea.
Kyram, id eſt, nix.
Kyua, id eſt, opoponax.

L

LAbrum, Wanne.
Labor Sophiæ, id eſt, paradiſus, alter mundus, der Weißheit Arbeit iſt das Paradeiß vnd die ander Welt.
Lac virginis, iſt aqua Mercur. der Drachenſchwantz/ wäſchet/ vnd coagulirt ohn aller Hand werck; iſt Mercurius philoſophorũ, ſuccus Lunariæ & Solariæ, auß Catholiſcher Erd vñ Waſſer.
Lac papaueris, id eſt, opium.
Lacerta carnis corporiſq; cauitas, die Hul deß Fleiſches vnd Leibes. Lacertus, torus lacertorũ, torus pulpæ, myones, Fleiſchmauen / Spierte/ ein Heiſſe. Eſt caro muſculis incluſa ſine oſſibus.
Lacerta rubra, colcotar, rot Vitriol/ gleich wie die grüne Eidex/ heiſſet Vngariſche Vitriol.
Læuigatio ſeu Alcoliſmus eſt calcinatio, quæ rem pulverando in Alcool adducit. Et eſt hic reductio quorundam per glutinationem, quorundam per fuſionem, aut fulminationem.
Lacuna, Streich Sumpff.
Lacune, id eſt, terra ſigillata.

Lacusculus, Sumpfflein.
Lacus, Wäschtrog.
Lamac, id est, gummi Arabicum.
Lamina, Plötz/Plech.
Lamina ferrea, vtrinq; cauata, Schabeysen.
Lamina ferrea crassa, Pfadeysen.
Laminæ foramine plenæ, Seneysen.
Laminæ ferreæ pars, Außladung.
Lamina ferrea vtrinq; cauata, Storchen.
Lamina curuata excoctorum, Scheltzin.
Laminæ æreæ, Scharten.
Lamare, ist Schwefel.
Lamare lampe, idem.
Lamina, id est, auripigmenrum, Soll Operment sein.
Lans, id est, argentum mortuum.
Lanx, id est, amygdala amara. Item, Schüssel.
Laos, id est, stannum.
Lapis in chymia omnis res fixa, quæ non euaporat, Was nicht verrauchet vnd fix ist/heissen die Chymisten ein Stein.
Lapis Adiz, id est, sal Armoniacum.
Lapis ex quo conflatur plumbum nigrum, Glaßertz/Bleyertz.
Lapis non Lapis, wirdt von etlichen genennet Lapis de virtute & efficacia, non lapis substantia. Auicenna vero & Kodar asserunt, quod lapis non lapis sit Elixir, vnd heist lapis, das er tingirt oder gefärbet wirdt/ non lapis, darumb daß er gegossen wirdt.
Lapis animalis, id est, sanguis humanus. Item Curenta, quæ scutum portat in dorso. Schiltkröt.
Lapis Arabicus similis est ebori maculoso, teste Diosc. & Plin. l.36.c.21. Cuius vsus in dentifriciis & in exsiccandis hæmorrhoidibus est. Verum qualis sit ille lapis, multi viri docti dis-

putarunt, & adhuc diſputant: Sed ſi acute vis conſiderare, Lapis Arabicus non eſt alius, quam ſpecularis ſeu lapis Lunæ, ſeu glacies Mariæ, a Germ. Spergl od' vnſer Frawen Eyß: Vnde olim feneſtræ parabantur, lignis leuigatis poſitis loco plũbi. Vnde & fit gypſum optimũ, teſte Plin. Eſtq; quaſi gypſi extremitas, vt vult Alber. q & hunc ſpecularẽ lapidẽ Aphroſelinum vocat, quia noctu imaginẽ Lunæ rep̃ſentet, vel quaſi ſpuma lunæ ex rore factus. Quidam tñ diſputant & ſelenitẽ eſſe ſpecularẽ lapidẽ, quem & Dioſc. Aphroſelinũ vocat. Sed de his alibi. Hic lapis vero ſpecularis, vocatur lapis Arabicus, quia primũ in Arabia repertus, licet Alber. hunc in Hiſpaniis in vrbe Segundia primũ inuentũ vult, & abundantius: deinde in multis Germ. locis. Si cõſideras, ſunt & hui⁹ lapidis ſpecies variæ. Primũ is lapis reperit' breuis & maculoſus in Bononiẽſi agro Italiæ, teſte ẽt Plin. qui ſimilis forſitan ebori maculoſo, vt vult Dioſc. eſſe lapidẽ Arabicũ. Secundo reperit' apud nos ſubniger, qui ſatis lucidus non eſt. Tertio reperitur apud nos cãdidiſſimus, vnde olim feneſtrę fiebant. Et is eſt ſelenites, de quo in litera S. Quarto reperitur in Saxonia ebori ſimilis, qui eſt Arabicus Plinii. Quinto reperit' nigris aut rubris maculis, qui ẽt Dioſc. eſſe poſſit lapis Arabicus. Albert. lapidis ſpecularis tm̃ tres facit ſpecies: vnã videlic. lucidã, vt vitrũ, vnde feneſtræ fiunt: alterã nigrã, ſicuti atramentũ: tertiã citrinam, q̃ dicat' auripigmentũ vel arſenicũ. Verũ eſt, q̃ Arabes arſenicũ vel auripigmentũ natiuũ dixerunt eſſe ſimile ſpeculari lapidi reſpiciẽtes ad cruſtas. Sed lapis ſpecularis quãuis ſit citrinus, non eſt ſimpliciter auripigmentum, vt hic vult Alber. errans. Lapis ſpecularis ipſam pinguetudinẽ nõ habet auripigmenti. Et quid ſtultius foret, q̃ auripigmentũ cũ lapide ſpeculari, in quib. nulla eſt ſimilitudo p̃ter in cruſtis? Eſt vero hic ſpecularis inſignis lapis & humor, quaſi concretus terræ, qui nõ reſoluitur, & dum eſt humor terræ cryſtalli modo glaciatus, &

in lapidem induratus, noſtri propterea eum lapidem vocant glaciem Mariæ. Quidam dicunt, q̃ ſit ros cœleſtis ad Lunæ claritatem poſitus, in ſpeciem lapidis cogulatus ac conſtrictus, præcipue ille, qui eſt candidiſſimus, & Aphroſelinon dicitur. Hic ſpecularis reperitur apud nos in fodinis ipſis, etiã aliis locis quamplurimis. Albis etiam ſecum vehit hunc lapidẽ nonnunquã vna cum gypſo. Ceterum ſi vis aliquid perfecte ſcire de lapide illo, vide Plin. l. 36. c. 22. quẽ locũ pp breuitatem nunc omitto. Poſtremo notandum & hoc. Quanquã ſpecularis lapis cognationẽ habet cũ gypſo, ita vt gypſum ſit eius caput: tñ eius vſus præclarus eſt in medelis, cum gypſi vſus ſit dubius & venenat⁹, vtpote, qui ſtrãgulet. Noſtri n. ſpeculari lapide vtunt̃ auellanæ quantitate in dyſenteria magno experimẽto. Vtunt̃ & ad ſiccãdas hęmorrhoides & dẽtifricia, vt ſcribit Dioſc. de lapide Arabico & Plin. l. 36. c. 6. De Arabico lapide, quẽ nos ſpecularẽ dicimus, vide Auic. de lap. lunæ.

Lapis ex cancro. Inueniuntur & in ipſis cancris præſertim in fæmellis, cũ Syphar exſuerunt & depoſuerunt, lapides candidi & rotundi, quos Germani vocant, **Krebsaugen**/q. quaſi formã habeant oculi, **oder Krebsſtein**. Vis illorũ eſt frangere calculũ veſicæ, propterea ẽt colligunt̃. Sed illis nihil p̃lentius eſt frangere lapidẽ his, qui de alto deturbant̃. Arabes lapidẽ vocãt **Roßſtein**/ſiue **reibẽ**: frigidę & humidę nãæ, alii volũt ſiccę.

Lapis Magnetis. 1. Magnetis Liuonica, coloris argentei, micans, quæ in cruſtas tenuiſſimas ſcindi põt, **ein durchſichtig Silber weiß auß Lyfland**. 2. Miſnenſis in candido viridis, ſciſſilis. 3. Plumbei coloris, non pellucida, quæ item in cruſtas ſcinditur, **Bleyfarbe Silberweiß/nicht durchſichtig**. 4. Gleboſa, in qua multi lapilli, duri, rotundi, ponderoſi inſunt, carbunculis impuris ſimiles. **Ein ſchön Silberweiß / darinn rechte Steinlein / vnreinen Granaten nicht vngleich**.

5. Onolsbachia, ferrei coloris, crustosa, e quo tabulæ mensarum fiunt, Eisenfarb Silberweiß / darauß man Tischblätter macht. 6. Bohemica, coloris ferrei, cum orichalco permista, quæ e minutis quasi squamis constat, Gleich einer Glockenspeiß. 7. Picei coloris in silice metallico: quæ non solum in corio, sed etiam in corpore saxi fissi apparent. Ein schwartzpechicht Silberweiß. 8. Sicci coloris in saxo, etiam coloris picei, quod saxum ponderosum est, vt plumbarium: rarum, vt materia illa sterilis metallica, quam nostri stercus anserinum nominant, Ein schwartzpechicht Silberweiß. 9. Lapides rubei rotundi, qui in magnetide glebosa argentei coloris reperiuntur, Rote Steinlein im Silberweiß. 10. Mica candida in corio saxorum, Katzensilber oder weisser Glimmer. 11. Mica nigra lapidi plumbi candidi similis, sed rarior & lenior, schwartzer Glimmer. 12. Mica Mariebergica argentei coloris glebosa in crustis silicis, Stückicht Katzensilber in schirblichtem Hornstein. 13. Ammochrysos mollis & friabilis, ex quo fit puluis auro similis, quo librarii loco arenæ vtuntur. Ab his arenis Romæ locus Ianiculensis nomen habet montis aurei nostro tempore. 15. Hoplites lapis, quem armaturã vocant metallici, Harnisch. 16. Armatura splendens, ferro polito similis, schwartzer Harnisch. 16. Armatura splendens, ferro polito similis, Schwartzer Harnisch. 17. Alia aurichalco similis, Gelblichter Harnisch. 18. Alia, qua Conchites Hildeshemii per singulas strias vestitur. 19. Squamata, qua pyrites nonnulli succorum parentes superinducti sunt, Harnisch / wie Schuppen vber einem Kieß.

Lapides Trochitæ & Entrochi. 1. Trochites candidus Spangebergius in Hassia, apud nos a laminis aut rotis nomen habet, Ein weisser Spangenstein / oder ein Radstein. 2. Cinereus, Grawer Spangenstein. 3. Subcinereus, schwartzlichter Span-

Spangenstein. 4. Luteus. 5. Entrochus Hildesheimii candidus æqualiter teres, qui ex 14. trochitis constat, crusta tectis, qua fracta eximuntur, alter alteri expositus, Spangenstein an einander. 6. Luteus item teres æqualiter, qui ex decem trochitis constat. 7. Cinereus, qui ex tribus trochitis componitur. Idem est teres quidem, sed pars media tumet, extrema sunt strictiora, striis eminentibus: Sed vbi extrema coniunguntur, quasi cingulus est. 8. Candidus teres, qui in medio tumet, cui radii sunt humiles, & qui cingulis caret, Ein glatter Spangenstein. 9. Lapis cinereus rudis, in quo gignitur trochites, Spangenbergius. Mons excelsus est, in quo inuenitur: Vnde & monti & arci nomen putatur impositum.

Lapides colorati. 1. Lapis Aldebergius, cinereus, violam olens, Violenstein. 2. Aldenbergius rubeus olens violas, Recht natürlich wie blaw Violn. 3. Lauensteinius temere repertus: madefactus & expositus Soli, violam olet: item conspersus & impositus fornaci. Calor n. odorem elicit. 4. Mariebergius in vena D. D. Fabiani & Sebastiani, malleo percussus muscum oluit. 5. Thuringicus formæ Ctenitæ, qui e cuniculo aquæ ductus in arcem Beichlingum ducti effossus est, oluit serpillum. 6. Zeblicius ophites non omnis olet: Sed qui olet efflat mustei quiddam, non solum in poculis, sed etiam in massis rudibus, reucht wie Most. 7. Echites apud Solinum oluit vinosum quiddam, vt ipse ait, Weinertz/ reucht wie Wein. 8. Hildesheimius imitatur odorem cornu vsti, si atteratur alii lapidi, aut malleo feriatur, Reucht wie verbrandt Horn.

Lapis Asius optimus est (teste Dioscor. l. 5. c. 88. qui colore pumicis, Bleich Farb/ leuis, fungosus, friabilis, scissiles venas lutei coloris ad imum actas habens. Dicitur autē lapis tantum

11. Tessellatum in lapide cinereo plumbi cinerei, auff einem grawen Wißmut Ertz.

12. Vena plumbi cinerei torrefacta, in qua vi ignis granula argenti purissimi similia extracta eminent, ein gröster Wißmut/der voller Silber weissen tröpfflein stehet.

13. Plumbum cinereum excoctum.

14. Panes e plumbo cinereo impuri.

15. Panes plumbi cinerei puri.

16. Plumbum cinereum rarum excoctum.

17. Vena plumbi cinerei vsta ad vsum figularum, Saffranfarb/damit die Töpffer blaw gläsen.

18. Recrementum plumbi cinerei, crocei coloris. Gelbe Wißmut Schlacken.

Plumbum in glogulos reductum, gekornt Bley.

Plumbum diues, Reich Bley.

Plumbum ignis vi, in cinerem resolutum, Bleyäschen.

Plumbum depauperatum, frisch Bley.

Plumbi artis impura, Abstrich.

Plumbago, galena, & molybdena, vnum & idem sunt. Idq; sic probamus: Primum ex plumbagine nostra fossili, auß dem Glantz/Bleyertz/oder Bleyschweiff. Friburgi in Misnia, Goslariæ etiam, & multis aliis locis iam coquitur plumbum nigrum, & argentum etiam id, quod Plin.lib.34.cap.18.in molybdena & galena fieri inquit. Ergo nostra plumbago, vnser Glantz/est galena & molybdena. Secundo allusio vocabuli testatur idem esse. Nam quod Plin.lib.33. cap. 6.aut Hispani gale-

galenam vocant, nos iam Glantz dicimus. Non autem galena vocatur, vt vult Marcellus, interpres Diosc. alias non indoctus a Galecia. Nam Plin. negat l. 34. c. 16. in Galecia plumbum nigrum fieri. Quod tamen fit ex galena. Tertio, plumbago nostra est coloris potissimum plumbi: atq; ob id Græcis molybdena, & Latinis merito plumbago dicitur, vel lapis vnde fiat plumbũ. Sicuti aut lapis plũbarius (vt hoc obiter indicẽ) dici põt, ita vena plumbaria & terra plumbaria, & materia vnde fit plumbum recte dicitur. Quarto Plinius nihil habet de lapide molybdoide, de quo tamen scribit Diosc. & contentus fuit nomine galenæ. Ergo galena & etiã molybdoidis lapis Diosc. vnum & idem sunt. Quinto Gal. & molybdenam natiuam lapidis speciem, proiectã riuis vidisse se ait: nec seorsim lapidis plumbarii mentionem facit, quia pro iisdem habuit. Ergo molybdena & lapis plumbarius idem sunt. Sexto idem Galen. in libro, qui de compositione medicamentorũ inscribit̃, ait e cerussa & lithargyro, alba & e molybdena subfusca, & quæ cineratio colore sint, confici ὑγιάλαι: & hoc ex nostra galena, non quidem flaua, sed plumbea confici potest. Ergo galena & molybdena vnum & idem sunt. Septimo Dioscoridi galena nostra, quæ plumbi colore est, lapis μολυβδοειδὴς dicitur, quia fit specie plumbi, & materiam plumbi in se continet. Et habet easdem vires cum plumbo loto, & recremento plumbi, & codẽ modo lauatur, & differt a molybdena natiua ipsius Dioscor. colore tantum, non materia: Nam molybdenam suam fossilem flauam scribit esse & splendentem. At calor mutari facile potest in plumbagine diuersis vaporibus e terræ visceribus excitatis. Sic apud nos in nostris fodinis galenæ reperiuntur coloris nigri, cœrulei & iecinoris. Sic & flaua reperiri potest pro-

cul dubio calidis regionibus, & reperitur apud nos in fodinis galena, quę obducta eſt flauo colore, quæ forſitan eſt illa molybdena Dioſcoridis. Et flauum hoc, quo conſpergitur ſeu tingitur illa galena, interdum reperitur ſeorſim in venis, calore terræ nonnunquam ita temperatum, ſplendens potiſſimũ ſi diffindatur, vt videatur aliquid metalli in ſe continere. Arabes nihil ſciuere de molybdena, aut eandem cum lithargyro eſſe credidere. Sunt enim ſimiles temperamento. Molybdena tamen frigidior eſt paulo, & magis denſarum partium, nec habet vires abſtergendi. Serapio nihil aut parum habet de molybdena. Vide lib. aggreg. c. Haſas. Si vero aliquam vis habere differentiã, vel aliquod diſcrimen, plumbarium dic lapidem molybdenam cũ ſolum continet plumbum: e contra cum plumbum & argentum continet, dic eſſe galenam. Cum ergo vnum & idem molybdena, plumbago & galena, nota, quod galena ſeu molybdena ſit duplex, ſcil. Natiua & Factitia.

Natiua foſſilis, quæ iterum duplex, ſcilicet, 1. Frugifera, quæ eſt vena vel ſolius plumbi: & tum vere lapis plumbarius dicitur Plin. & Galeno. Plin. & libr. 33. cap. 6. galenam venam plumbi facit, vocat, quæ iuxta argenti venas reperiatur. Deinde vel vena eſt communis argento & plumbo nigro, **man ſchmeltzet Bley vnd Silber darauß** / & tunc vere eſt galena. Hæc frugifera iterum eſt duplex: Quo ad colorem, non quo ad materiam. Sunt enim eiuſdem materiæ, ſcilicet, alia eſt coloris, 1. plumbi reſplendentis & hæc eſt noſtra plumbago, ſeu galena, ſeu molybdena Plinio. Dioſcoridi autem eſt μολυβδοειδὴς, lapis, a Galeno vena, terra, ſeu lapis plumbarius dicitur. Et riuulis nonnunquam reperitur. 2. Alia flaui & ſplendentis: quemadmodũ deſcribitur & celebratur a Dioſcoride. Inuenta ad Sebaſtiam & Coricum, & etiam a Plin. l.

34. c. 18. vbi meliorem dicit esse molybdenam seu galenam, quando magis aurei coloris, quanto minus plumbosa & friabilis, & modice grauis sit. In calidis regionibus forsitan tali colore tingitur, vaporibus e terræ visceribus exsiccatis. Nam si acute plumbaginem nostram consideres, quoad colorem, quomodo tincta sit coloribus in terræ visceribus, per vapores inuenies in nostris fodinis plumbaginem coloris. 1. Nigri, Schwartzer Glantz. 2. Cœrulei, grawer Glantz. 3. Iocinoris, Leberfarb Glantz. 4. Flauo obducta colore, quæ est illa forsitan Dioscoridis, a Germanis omnes hæ species dicuntur generali nomine, BleyErtz / Glantz / a splendore, Bleyschweiff. II. Sterilis nullius momenti, colore non absimilis frugiferæ, sed prorsus est sterilis & totam vis ignium consumit.

Factitia, quæ fit opere fornacum, adhærescit auri & argenti fornacibus: quam Plin. lib. 34. c. 18. vocat metallicam, quæ quondam laudatissima in Zephyrio fuit. a Germanis dicitur Thest oder Herdtleyen/a nonnullis est Silberglede/propter cognationem, quam habet cum spuma argenti: improprie tamen sic dicitur. Plin. etiam libr. 33. cap. 6. etiam spumæ argenti speciem facit, quam molybditin vocat. De illa factitia plumbagine & Dioscor. egit lib. 5. cap. 50. quod sit æmula argenteæ spumæ, quæ ex auro & argento fiat: Estq; fæx argenti. Ex hac quoq; fit ὑδρέλαιον emplastrum, vt ex natiua galena. Sed nota, quod hæc metallica, igne cum coquitur liquescit. Præterea hæc metallica cocta oleo, vt docet Diosc. colorem iecinoris accipit, & non natiua, vt Plin. vult loco citato, qui male illum Dioscoridis locum transtulit, cum inquit: Natiua cocta oleo, iecinoris colorem trahit. Postremo nota, quod Syluaticus in Pandectis suis molybdenam plumbum vstum, & stercus plumbi vocat. Verum quomodo hæc

conueniant,tu vide. Molybdena illa nequaquam plumbum est,nec stercus plumbi,i.e.scoria. Sed est residuum (si modo sic sit dicendũ) ex plumbagine, q̃ continet argentũ & plumbum, q̄ adhærescit fornacib.& Plin. placet, q̄ iterũ coctũ fit plumbũ. Syluaticus illo in loco errat,&c. Ceterũ, q̃ sint vires plumbagini,item quo modo vrat̃,lauetur,vide ipsum Diosc. & Plin.loco citato.Itẽ de excoctione eius cõsule eundẽ l.34. c.16.cũ inquit:Plumbi nigri duplex est origo, aut n. sua ꝓuenit vena, nec quidquã aliud ex se parit:aut cum argento nascitur, mixtis venis conflatur. Eius primus fluit in fornacibus liquor,stannum appellatur,qui secundũ argentũ:qui remansit in fornacib.galena appellatur,q̃ portio est tertia addita venæ.Hæc rursus conflata nigrum dat plumbum,deductis partibus duabus,apud nos ni fallor prima cõcoctione argentum separatur, & plumbum in lapidem coagulatur: qui deinde iterum coquitur, & fit plumbum.

Plumbago metallica vel natiua, verbo Hispanico galena, id est, vena plumbi & argenti & communis, Glantz.

2. Plumbago simplex, quæ nihil nisi plumbum in se continet, reiner Glantz/der nichts dann Bley helt.

3. Plumbago diues, kleinspeissiger Glantz.

4. Mixta cum pyrite candido.

5. Vessellata in lapide calcario, würfflichter Glantz in weissen Kalckstein.

6. Tessellata in fluoribus longis, candidis, pellucidis.

7. Cum fluoribus flauis mixta in lapide candido, qui igne liquescit, mit gelben Flüssen durchwachsen/ in einem weissen flüssigen Stein.

8. Cum pyrite candido in silice candido.

9. Tetragonos, in fluoribus purpureis.

10. Octagonos in alia plũbane sterili, ein achtseitiger Glantz auff einer Blende.

11. Po-

11. Polonica cui Ochra annata eſt, Glantz darinn ein Ouger gál.
12. Glebosa, quæ Pyrite cinereo cruſtaceo ſtriatim diſtinguitur, Glantz der Schichtweiß mit einem grawen ſchirbtlichten Kieß getheilt.
13. Cum ſilice mixta.
14. Cum fluoribus candidis pellucidis.
15. Teſſellata in fluoribus candidis.
16. Rubei coloris, ex qua copioſum plumbum excoquitur.
17. Nigra a vena cupri ſic tincta, ein ſchwartzer Glantz.
18. Iecoris colore, quæ ab aliis metallis ſic tingitur. Quando color exterior abraditur, proprius manet.
19. Flaui coloris, fluoribus luteis ſimilis.
20. Rubri vel æruginoſi coloris, rot wie ein ſchön gediegen oder geſeigert Kupffer.
21. Glebosa Fribergia, Grob ſpeiſiger Glantz.
22. Aeri ſimilis, Kupfferichter Glantz.
23. Iſlebiana in lapide fiſſili.
24. Argenti & plumbi fœcunda, Reich von Silber.
25. Æris & plumbi ferax.
26. Fribergia variis & diuerſis coloribus tincta, iridē repræſentans, ein Glantz der mancherley von Farben ſicht / wie ein ſchön Regenbogen.
Plumbago ſterilis. 1. Plumbago ſterilis pici ſimilis, Bechblende.
2. Stimmi ſimilis, kleine ſpeiſſige Blende.
3. Flaua nitens Schurfenbergia prope Miſenam, Liechtgelbe Blende.
4. Candida nitens, Schurfenbergia.
5. Sterilis galenæ ſimilis, Kupfferblende.
Pnigitis, terra quædam eſt, quæ nigra eſt, & pnigitis dicitur, quā Dioſcor. lib. 5. c. 94. colore ſimilem eſſe dicit Eretriæ terræ, pro qua & vendatur, grandiori tamen gleba exſiſtat, & gluti-

noſa refrigerans manus, viribus par cimoliæ. Idem Plin. habet l. 35. c. 16. Verum, quæ ſit illa terra pnigitis proprie, quam Dioſc. & Plin. L. C. deſcribunt, neſcitur. Eſt terra nigricans. Nos quidem terram habemus nigram, quæ tamen non eſt pnigitis, nam eſt nigerrima. Ipſa interdum aliquid argenti continet, & tunc argentum rude appellatur, vt ſupra de argento rudi docuimus. Interdum etiam eſt ſterilis, & tunc ſimpliciter eſt terra nigra. Illa etiam, quæ a Dioſcoride dicitur Melanteria: de qua etiam prius actum, quæ ſulphurei eſt coloris, & aquæ tactu nigreſcit, quoad ego ſciam. Apud nos etiam non reperitur. In torrente Garmendorfenſi, qui labitur per agros petens Salam, reperitur lapis niger friabilis, vnde pueri atramentum componunt. Is omnino videtur eſſe pnigitis indurata calore, ingentis nonnunquam magnitudinis, ac leuis proportione ſui. Aut eſt ſimpliciter Ochra, quę exuſta calore Solis aut terræ, tranſiit in rubricam, & conſequenter nimium aduſta in talem pnigitin. Aut eſt ampelitidis ſpecies, periculum tamen non feci, an reſoluatur oleo. De his iudicent ſane talium inquiſitores. In tenerrimum lapis ille & bene digeſtum & molliſſimum poteſt puluerem redigi, & qui minime aliquid arenæ contineat. Eſt quidquid eſt, pulcerrimum quiddam, licet ſpretum contemtumq; iacet ab illis incolis locorum. Interdum reperitur & ſcintillulis minimis quaſi micans, ita vt minime ſterilis lapis ſeu materia eſſe videatur.

Poctus, ein Bremfaß.

Popanax, guma.

Pompholix, de Phompholige & eius ſpeciebus Dioſc. l. 5. c. 41. coniungit, quaſi Pompholigen, ſpodon & antiſpodon. Primum Pompholix eſt idem, quod in pharmocopoliis iam dicitur nil album, vel nihili nichtes. Vnde prouerbium ortum,

Nichtes

Nichtes ist in die Augen gut. Vocant & album pompholigũ crasse. E contra spodium est idem quod in pharmacopoliis dicũt nigram pompholigem, seu nilgrysium. Ab Auicenna vocatur, ni fallor, succudus. Tertio antispodion, quod loco spodii vsurpatur, est cinis qui fit ex foliis, florib. & baccis immaturis, stipticis myrti, vel & termite syluestris oliuæ & aliis, sicut docet loco citato Diosc. & Pl. l. 34. cap. 73. Nota a: quod neque spodon, neque antispodon iam nostrum præbebis alicui in os: quia vere nescimus quid sint, & vnde nostro tempore fiant. Sed accedamus ad res ipsas. Pomphilix est cinis metallicus, qui fit in summitate aut parietibus fornacum seu domuncularum, vbi sunt fornaces, in den Hütten, exstinctis fauillis, qui cinis & differt secundum diuersitatem metallorum & locum in quo veluti fiat. Efficatior enim est quæ cinerea est, & fiat ex pyrite, quam ex plumbario lapide. Inde Gosclariensis melior est omnibus Misneniium, continens nempe in se argentum, plumbum, & æs. Sicuti optimam esse dicit Dios. Cypriam. Illa vero pars, quæ adhæret parietibus domuncularum & fornacum spodion est. E contra illa quæ in summitate pendet, est pompholix & differt a spodio candore & leuitate, vt Diosc. pompholigen distare a spodio, specie sola, non genere, scilicet spodos est 1. nigra, 2. ponderosa, 3. plena paleis, 4. euerritur e pauimentis officinarum. Pampholix est quiddam 1. album, quasi bulla seu ampulla, vnde & nomen habet apud Græcos. 2. pingue ac leue. 3. purum. 4. quod colligitur & fit in summitate fornacum. Est autem põpholix duplicis proprie speciei, scilicet prima est subpinguis, coloris aerii: hæc proprie dicenda est nil griseum. altera eius species magnopere candida & summæ leuitatis: quæ fiat aut in ære perficiẽdo, detrita Cadmia cumulatius inspersa ex industria: aut fit ex ipsa Cadmia proflata follibus. Cuius ratio-

nem faciundæ docet Diosco. longo ordine, & pars tenuis, & leuissima materiæ in summam, quę domum euolat, parietib. tectis fornicique adhærescens est pompholix: pōderosius autē in ima loca se recipiens est spodion.

Porro quæ bona quæ adulterata sit pompholix, quomodo debet lauari, & quæ illi sint vires astringendo, refrigerando, explendo, purgando, obstruendo, exiccando, consule ipse Dioscor. qui hæc omnia docet. Præterea addit modum vstionis, seu vt vocat torrefactionis: & vnde potissimum fiat, nempe ex auro, argento, plumbo, ære. Et post Cypriam, vbi lapis plurimum pyrites est, valere dicit plumbeam. His assentitur Plinius. Galenus vires trbuit efficaciores Pompholigi quam spodio. Et profecto pompholix compositas habet vires, veluti rosa ipsa. Supra autem docuimus de Cadmia, Cadmiam botryitin dici tutiam Arabicam: sicuti illa Alexandrina dicitur tutia dura vel solida. Sed botroytes Cadmia alia res est quam tutia: sicuti testantur Arabes, & quidem Serapio. Nam spodium de quo hic agitur est tutia, & res nihili: & botryites non est tutia. Diosco. spodii & non tuciæ meminit, ne videatur vnam rem bis ponere; in summa, id quod Arabibus est Tucia, Græcis est pomphilix, & nobis spodion. id quod testantur Auicenna, Seraphio de tucia, & Diosc. de pompholige capitulis. Erratū est in rebus & non viribus Botryite Cadmia loco tutiæ, id est, spodii vti possumus, si præparata fuerit. Differunt autem Botryitis & capnitis, Cadmia & Pomphilix, & spodos, ex eadem materia cum fiant, tantum propter loca vbi fiant. Cadmia botryitis fit in lateribus, vel summis cameris fornacum: interior e contra capnitis in oris fornacum fit proprie.

Pompholix vera, nil album, nihili, cinis metallicus leuissimus

fit.

fit etiam in ſummitate fornacum aut parietibus, vel etiam domuncularum ab extra. Si in oris fornacum eſt, tum Cadmia eſt capnitis: ſi in lateribus & ſummis cameris eſt pomphilix, pars quæ in ſummitate dependet, eſt pompholix: e contra pars quæ adhæret parietibus, eſt ſpodion. Illa adoleſcentes diligenter obſeruare debent. Ceterum nota & Arabes duplicem facere tuciam: ſcilicet natiuam in mineris: albam, viridem & citrinam, quæ reperiuntur in littoribus maris Indiæ. Deinde factitiam, in fornacibus, de qua hic. Nota etiam alias præter illam fuliginem ſpodion Serapionis, Dioſcoridis, Plinii, Galeni, qui inquit nunquam ſpodio vſus ſum, quia ſatis habui pompholigos, quod Arabes duplex habent ſpodion: ſcilicet ſpodium 1. de canna & radice cuiuſdam cannæ, vltramarinæ combuſtæ, vt eſt apud Auicennam, de ſpodio cum inquit; Spodion eſt radix cannarum aduſtarum frig. 2. grad. ſicc. 3. grad. & Paul. frig. & ſicc. complexionis ſpodion dicit. Alterum quod eſt, ſeu fit, ex ebore vero combuſto, 2. de oſſibus Elephanti, canum & aliorum animalium, Auß dem Schulknochen/ exuſta eſt hæc ſpodos, vſque ad leuitatem ex oſſibus, Man findet noch Beyn darinnen, cum fieri ex ebore deberet vſto. Et nota, quod neque ſpodos neq; antiſpodos alicui præbebis per os, neſcimus enim quid iam ſint nec ſpodos nec antiſpodos, in noſtris pharmacopoliis. nos peregrina colimus, noſtra cõtemnimus. Medici ſpodon noſtram ex fornacibus reuocare deberent, at ſurdis narro fabulam. Præterea quidam ſpodon vocãt, & æruginem æris & ios. Poſtremo obſerua & quæ de his Plin. habeat l. 34. c. 13. cum inquit, pompholigen & ſpodon reperiri in ærariis, & eſſe differentiam illarum, quod pomphilix lotura paretur, ſpodos ſit illota. deinde pompholigen eſſe id quod cãdidiſſimum & leuiſſimũ, nempe fauillã eſſe ęris & Cadmiæ: ſpodon

vero nigriorem, ponderosioremq; derasam parietibus fornacum, mixtis scintillis aliquando & carbonibus: Cypriamq; optimam, quæ fiat liquescẽtibus Cadmia & ærario lapide. Insuper & spodii loco citato species facit, melleam rubicundã, deinde quæ fiat in argenti fornacibus, & in aurariis, quæ nomine lauriotis dicatur. Porro spodii e cauliculis, id est, antispodii mentionem facit eiusque medelas refert lib. etiam 23. c. 4. Item l. 34. c. 18. Item docet & spodon fieri ex plumbo eodem modo, quo ex ære Cyprio. Verum hęc ipse vidêre apud eundem poteris locis citatis.

Spodion ex {
ære Cyprio Dioscoridis & Plinii, id est, Auß dem Kupffer / similis est virtute spodos nostra Goselariæ.
Plumbo similis est nostra, in Misnia in officinis vbi plumbum plurimũ coquitur.
}

Pompholix.

Pompholix.

- 1. Pompholix vera in officinis nil album
  - ex Cadmia inſperſa de induſtria.
  - ex ipſa Cadmia ꝑflata follibus.
- 2. Spodium.
  - 1. Fauilla & cinis metallicus & ſtercus q. de quo hic agitur, in officinis vocatur nil griſeum. Cuius ſpecies & Plin. enumerat. ab Arabibus Tucia appellatur: q̃ etiam apud eoſdem eſt duplex.
    - Natiua in littoribus maris Indiæ.
      - 1. alba
      - 2. viridis
      - 3. citrina.
    - factitia.
      - Arabica quę eſt ſpodium & nõ botryites illa Cadmia.
      - Alexãdrina ſolida, quæ eſt Cadmia illa botryites Alexãdrina.
  - 2. De cannæ radice.
  - 3.
    - Ex ebore
      - Elephanti
    - Ex oſſibus.
      - Canũ & aliorũ animaliũ.
- 3. Antiſpodiũ ex cauliculis ſtipticis ſecundũ Dioſc.

Pompholyx 1. est fuligo, quæ colligitur in cameris, vbi coquitur metallum, Hütten Rauch.

2. Pompholyx de argento, Flockenstube/das Silber helt.

3. Lutea quæ adhæret parietibus, quando argentum a plumbo segregatur, gelber/giftiger Hütten Rauch.

4. Aeris Mansfeldii, Kupfferstaub.

5. Quæ colligitur, quando argentum a cupro segregatur, Kupfferstaub.

6. Quæ in caminis colligitur, vbi plumbum candidum coquitur, Zinstaub.

7. Candida purissima, Der beste Hüttenrauch.

8. E lapideis panib. torrefactis cum æs coquitur concreta, Der weisse Hüttenrauch od' Nichts der da wird bey den Garherden.

9. Pompholyx alba, quod officinæ nihilum album appellant. Nichts/weisser Hüttenrauch.

Pompholix & tutia & spodius, vnum & idem.

Pompholix lutea, gelber Hüttenrauch.

Poponac. 1. gummi also genandt.

Porfiligon, 1. batitura ferri, Hammerschlag von Eisen.

Porfireticum, ein öriner oder Kupfferner Mörsel oder Reibeisen.

Porrum, Hünerrauch/Azerstenaug.

Potabilia, quæ per os hauriri possunt, was man trincken kan.

Prasis ist grüne Kreiden. Prasimum viride, flos æris.

Pressorium i.e. torcular, ein Presser/ prælum ripter, piester pateteriton, Pressz.

Præcipitatio est, quando corpora per aquas corrodentes corrosa, & in aquam soluta, vel aquæ corrodentis abstractione, vel alio encheremate in aliquam calcem repercutiuntur, sic argentum in aqua forti dissolutum cupro, sale communi, aut ammoniaco iniecto, præcipitatur. sic & aurum in aqua regia solutum,

so lutum, adhibito pauculo argento viuo repercutitur, cui si parumper folium sulphuris admixtum, idque clauso vase ad ignem positum fuerit, vt argentum viuum & sulphur euaporare & discedere possint, calx subtilissima relinquetur: simile iudicium & de aliis esto. Sed quo magis corpora dissoluuntur, tanto etiam magis subtiliusq; calcinantur.

Præfectus metallorum, BergAmptman.

Præsagium est præcedens aliquod notabile signum rei futuræ historiam, ex quo prophetia sumitur quandoque.

Præseruatiua, sunt medicamenta vitam a suis inimicis & corruptionib. defendentia, die Ding so den Menschen vor Kranckheiten behüten.

Præses seu magister metallicorum, Berg Meister.

Præses fodinæ vel cuniculi, Steiger.

Præses officinæ Mülmeister.

Præses laboris lauandi, Ober Steiffner.

Presmuchum, presmuckis, cerussa, Bleyweiß.

Principia chymica, der Alchymisten anfängliche Ding sind drey: 1 Saltz. 2. Schwefel 3. Mercurius: Das ist/ Leib/ Seel/ vnnd Geist/ darauß werden alle Ding/ die sind vnd kan man zeigen in allen Dingen/ vnnd in diese werden auch alle Ding resoluiret.

Saltz gibet Beständigkeit/ die Farb/ die Stärck/ die Härte/ daß man ein Ding sehen vnnd greiffen kan/ sonst könte es nicht gegriffen werden/ vnd wird mit solcher Figur gemahlet ⊖ Fewrecht vnd Wasserecht.

Schwefel gibt die Wärme/ Liecht vnd Krafft/ dem Leib vnd Gebew/ auch den Guß vnd Tinctur vnd wirdt gemahlet mit dieser Figur ♀ Fewrig/ mit Creutz vnd Arbeit.

Mercurius machet es flück/ subtil vnd giesig/ gibt das Gewicht/ vnd Geschmeidigkeit/ daß sichs außdehnen/ hämmeren vnd schmieden

läßt/gibt auch die heimliche Wirckung vnd Tugend/vnd wird gezeichnet mit solcher Figur/ ☿ die in sich hat vnd schleust die Zeichen vnnd Figuren aller Planeten/fürnemlich deß Golds vnd Silbers.

Principia ſunt, quibus primis res in quolibet miſtorum genere eſt facta, quæ, quia inſunt, & iam certam naturam ſibi ſubſtratam habent, in qua vigeant & cum qua educi poſſunt. Hæc principia alia ſunt ab Ariſtotelis, & non prima omnium intelliguntur, ſed in quouis genere prima, quamquam illis ſint analoga. Principiorum autem vires tum in elementaribus partibus, tum cœleſti fundantur. Itaque quodammodo & hæc ad elementa accedunt, quodammodo ad eſſentias. Principia autem ſunt tria, Mercurius, Sal, ſulphur. Prima temperatura, Vorpleyen auff ein frischen Einstrich. Primales ſunt fallacia corpora nobis ab aſtris ob oculos poſita: alias prumalia. bedrogur Leib/welche vns das Gestirn vor die Augen stellet.

Proiectio eſt per medicinam ſuper re mutanda proiectam cum repentino ingreſſu ex mutatione exaltatio. Conuenit cum fermentatione, quod rem intus in ſubſtantia mutet; differt autem quod non fiat cum digeſtione lenta, qua paulatim miſtilia alterantur & craſin accipiũt; ſed violenta penetratione facta, quaſi in momento ingreſſus, transfiguret. Vocatur etiã illa medicina non fermentum, ſed tinctura.

Proprietarius Grund Här.

Proprietarii partes Erbkufus.

Proſcriptio, Retardat.

Prolectatio eſt extractio per attenuationem partium ſubtiliũ, ita vt rarefactæ inclinatione ſuæ naturæ a craſſioribus in diuerſum ferantur, ibiq; conſiſtant. Itaque etiam eiuſmodi res, e quibus aliquid prolectamus, attenuatoriæ vocantur, ſeu rarefactiles:

refactiles:& antequam cōſiſtat prolectatum, vel igneum vel aerium, vel aqueum ſufficitur, vt ita mediante horū elementorum forma fiat prolectatio & abſiſtat a terreis fixis, vi leuitatis ſuæ vel fluctus. Pruina, pruna, ignis Perſicus, S. Antonis Fewer.

Pruinum, prima tartari ſpecies; Die erſte Geſchlecht deß Steins im Magen/Lebern/Blaſen/Harngängen.

Pſamos, id eſt, arena.

Pſimithum, Bleyweiß.

Pſincus, Pſinkis.i.ceruſa.

Pſithos. i. frigus.

Pulſatiles, Schlaff Adern: alias arteriæ venæ, aortę, ſeranx, cenoma, pneumatica, Pulß oder Schlag Ader.

Pulpezia; vel pulpelzia, attonitus ſtupor, apoplexia, ſideratio, Der Schlag oder Tropff/Popels Ey/Hand Gottes.

Pumex, famechi vel fenec Arabice, pumex vel lapis Vulcani, a Germanis ein Byhms oder Byhmesſtein, buems, ſuntque eius duæ ſpecies, ſcilic. niger & albus. Niger dicitur & tophus ſchwartzer Badſtein. & hic præſtantiſſimus in Melo, Scyro, & inſulis Aeoliis, aptiſſimi ad corpora leuiganda, vt & Catull. dicit. E contra albus weyß Badſtein. quem Dioſc. deſcribit l. 5. c. 74. in principio quod ſit leuis, ſpongioſus, ſciſſilis: non arenoſus, facilis teri & candidus. Deinde addit idem modum cremandi & eius vires medicas. de quibus etiam vide Plin. l. 36. ca. 21. In fine citatur Theophraſtus, ni fallor de plantis l. 9. c. 18. Dicitur vero pumex lapis, propter duritiam lapis, non propter raritatem: nam raritate non eſt lapis, & degenerat plane a lapide. quia innatat aquis: reperitur autem pumex, vbi alumē & ſulphur naſcitur. Credo eſſe terram omnino exuſtam in Inſulis, quæ deinde aquis adfertur vſq; ad Barchen, ciuitatem Libyæ. Propterea & lapis de Barche vel Barchia

vocatur,& reperitur in littore maris. Hinc crediderunt quidam,sed falso esse spumam maris concretam. Verum hi lõge a scopo ab errarunt,ad nostra Germaniæ flumina , præcipue ad Albim. ad promontoria illa veteris Marchiæ inueniuntur lapides pallidi,rari, spongiosi: pumici similes, verum adhuc graues, quos crediderunt prima rudimenta esse pumicis, & pumicem nondum calore excoctum. Nam periculum fecerunt igni,an eius pondus diminueretur,& inuentum aliquid diminutum de eius pondere. Plin.l.13.ca.25. algos & fungos mutari Sole in pumices dicit. Vide Serap.l.aggre.c.Famech. Ouid.l.3. Metam. pulcherrime describens antrum lauacri Dianæ, fingit hoc ex pumice & tophis factum, ab ipsa natura,cum inquit:

Cuius in extremo est antrum nemorale recessu,
Arte laboratum nulla,simuauerat arcum
Ingenio natura suo:nam punice viuo
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.

Puluis/Gestübe.

Purgare,purgatio, Etliche ding werden gereiniget durch distillation/als Wasser.

2. Durch sublimiren/als die spiritus.
3. Durch solviren/als Saltz.
4. Durch lauiren/als Tuch,&c.
5. Durch brennen/als Kalck.
6. Durch schneiden/als Metall.
7. Durch coliren/als durch Tuch.

Purgator argenti, Silberbrenner.

Putrificiren, Fäulen.

Purificiren, reinigen/geschicht durch 7. Weiß.

1. Etliche Ding werden gereiniget durch Distilliren/durch den alembic,als Wasser.

2. Etliche

2. Etliche durch sublimiren/als Spiritus.
3. Etliche durch salviren/als das Saltz
4. Etliche durch waschen/als Tuch.
5. Etliche durch brennen/als Kalck.
6. Etliche durch scheidung/als die Metall.
7. Etliche durch seygern filtriren.

Pulverisiren/ zu Sand machen. Puluis valens, Scheidpulver.

Puteus Schacht.

Puteus/Kunst Schacht.

Putei spiritales, Wind Schacht.

Puteus rectus, Richt schacht.

Puteus qui lacunę loco est, Wasser schacht.

Putris, Schnediger.

Putrefactio est misti resolutio per putredinem naturalem in calido humido. Humorem enim necesse est vincere terminans siccum, agente calore externo: quo facto, calor cognatus cum humido suo substantiali segregatur a commistis & homogeneiam suam seruat, consistens seorsim. Itaq; si res putrefacienda humore abundat, comminuta in illo ipso sinitur & ponitur ad digestionem fimi vel balnei calidam, foris scil. adhibito calore humido. Sin ipsa per se parum humoris habet, aut nihil, teritur & proportionali humore conspergitur, inq; suo vase ad putrescendum locatur.

Putrefactio resolutio est commistorum, cum partes inter se commistæ, reseratis claustris internis, operante calore per humorem, & resoluente discedunt. Et hæc est via ad præstantissimas illas Alchemiæ operationes, facitque non tam elementa, quam essentias cœlestes ab elementari compositione separatas. Itaque in his & attendere oportet, ne fiat resolutio καθόλου, sed dumtaxat eo vsque, quo capsulis re-

clusis exire essentia, in qua crasis substãtialis radicata est, possit. Hinc patet in mistis recedentibus magis ab elementari simplicitate, aliquid interius esse præter elementa, quod etiã incombustibile putant, & a naturali putrefactione nouã substantiam producit, dum consistit. Resolutio istiusmodi duplex est: Putrefactio & resolutio per medicinam.

Putrefactio alia est ambigens inter calcinationem corrosiuam, & putrefactionem, vocaturque putrefactio sicca & Philosophica. Imo a quibuslibet nomen habet, cum quibus aliqua ratione consentit, vt sublimatio, separatio elementorum, coctio, solutio, &c. Fit autem in aqua Philosophorum sicca, seu aceto acerrime, nec est alius rei nisi Solis & Lunæ.

Putrefactio est digestio, substantiam rei ex vaporum retentione, calidi externi accessione ad rem præstantiorem generandam dissoluens. Est autem putrefactioni proprium veterem naturam rerum consumere, nouam introducere, & nõnunquam producere fructum alterius generationis. Spiritus etiam corrosiui per eam dulcescunt atque mitescunt, omnes colores in alios immutantur: item purum ab impuro (impuro subsidente deorsum) separatur. Fit vero materia in vase collocata, vas in fimum ponitur, fimique calor ad tempus præfixum conseruatur. Satius autem est vas in balneum roris collocari.

Putrefactio Fäulung ist wan es schwartz wird/ als dann stinckt es auch/ wie ein Mist vnd Aaß/ vnd hie geschicht die ware solutio corporis, da werden die Element zertrennet vnd verstöhret/ als die vnter vnnd in einander wircken vnnd leiden. Das gibt die mancherley Farben/ biß der Sieg erhalten/ vnnd alles wider vereiniget wirdt.

Putrefactio sumitur pro corruptione in alterationem; Ein Fäulung eines Dings/ in ein ander Wesen.

Pusta

Pusta digestio saniei innata, Ein angebohrne Verzehrung deß Eisens.

Pygmæi homũciones vel subterranei spiritus, quos & faculas & scintillas vocant. Non natos esse perhibent neque habere parentes, sed non aliter ex corruptione terræ, quam ex equino fimo putrefacto scarabæi generari, Erd oder Bergmändlein/ Schröttelin.

Pyrites & marchasita idem sunt. Nam idem quod Latini & Græci pyritem dicunt, Arabes vocant marchasitam & Zeg nigrum. Ab aliis dicitur & lapis luminis, ab effectu: & marchasita capparosa, & lapis ærarius, & calcitis etiam prima significatione. Et omnia quæ Græci de pyrite scripsere, Arabes sub marchasitæ nomine in suam linguam transtulerunt.

Dicitur autem pyrites, quia ex eo plurimum ignis excuditur: vnde iam a nostris etiam generali nomine vocatur Fewerstein: & illo vtuntur milites iam ad inflammandas bombardas. Deinde vel dicitur pyrites, quod igneus persæpe ipsi sit color. Alias a Germanis pyrites simpliciter vocatur Kyß oder Kuperstein/ Kupfferertz. Quamuis hæc nomina magis sunt generalia.

Sunt autem & reperiuntur in nostris fodinis variæ species pyritis: nempe pyrites coloris argentei, fere aurei, prorsus aurei, galenæ similis, cineracei coloris, item & ferri coloris, &c. de quibus nunc agemus.

Pyrites coloris argentei, prima species pyrites reperitur in nostris fodinis, coloris argentei, quæ a metallicis dicitur Ein Wasser Kyß / oder weisser Kyß. Estque pyrites argentarius, coloris argentei, ex quo excoquitur argentum, vt in valle est videre. Plin. l. 36. ca. 19. nisi fallor, huius mentionem facit: sed nesciuit ex eo excoqui argentum, vt & veteres omnes. Æs

tamẽ ex illo coqui proculdubio ſciuit: ſicuti Serapio ex mar-chaſita æs coqui teſtatur: & Dioſcorides ex pyrite manifeſte teſtatur excoqui æs. Pyrites ergo ille argentei coloris, argentum continet & æs, modo ſolum argentum, modo ſolum æs, modo argentum & æs ſimul, modo argentum & plumbum nigrum, modo plura metalla, modo omnino ſterilis reperitur. Pyrites autem ille videtur mihi plus argenti viui habere reliquis ſpeciebus.

Pyrites coloris fere aurei ſecunda pyritis a Germanis, gelber Kieß/oder gelber Kupfferkieß/ Kupfferſtein/ Kupffererz. Hic reperitur non raro in fodinis noſtris argentariis, frequentius tamen in ærariis. ex illo coquitur æs. Eſtque proprie pyrites, & pyrites æris ſpecię æris: ſeu vt Plinius dicit ſimilitudine æris. Eſtque propria illa marchaſita Arabum, vnde conflatur æs. Hunc pyritem Dioſcorid. lib. 5. ca. 89. præ ceteris in vſum medicinæ eligit, præcipue qui facile edat ſcintillas, & ſolidus ſit: docet etiam, quomodo vri & lauari debeat. Verum nec primum genus pyritis in medicina etiam contemnendum eſt. Dioſcor. χαλκοειδῆ cum loco citato dicit, ſignificat ſpeciem æris ad formam potius, quam colorem. Cõtinet autem hęc, vt & prior ſpecies argentum & æs, modo ſolum æs, modo argentum & æs ſimul, modo argentum & plumbum nigrum, modo & alia metalla, modo ſterilis omnino eſt. Has duas ſpecies olim inuentas Plinius teſtatur in Cypro & in metallis, quæ ſunt circa Acarnaniam, vel vt aliqui legunt Acamaniam, apud nos in noſtris fodinis reperiuntur multis locis. Ceterum nota, quod Pyrites tam aurei, quã argentei coloris, vt antea etiam dictum eſt, reperiatur ſæpe in metallis argentariis, ſępius in propria vena prorſus ſterilis, & reperitur idem pyrites etiam non raro in riuis: vt in torrente Gamerſdorfenſi & etiam ad flumina, vt ad Albim. Si tamen multus reperi-

tur,

tur, conflatur inde quoddam genus lapidis, cuius vſus magnus eſt in excoquendo. Pyrites ſterilis talis in propria vena inuentus eſt, in magna copia Hauelburgi ad Hauelam miræ pulcritudinis.

Pyrites prorſus aurei coloris, tertia pyritis ſpecies eſt, Ein Kieß der gantz ein Farb hat/ wie Goldt/ & hic videtur plus habere ſulphuris, huic nonnunquam eſt admixta quarta illa ſequens ſpecies, Der glantzichte Kieß: & ita vt vehementer viſum delectet. Reperitur & is in locis quam plurimis Bohemiæ, Miſniæ.

Pyrites qui colore ſimilis eſt galenæ, quarta ſpecies pyritis eſt, Ein glantzichter Kieß. Sed agricola ſentit forſitan neque galenam neq; pyritem eſſe, ſed ſuum quoddam habere genus. & verum eſt, pyrites neque colorem neque duritiem habet, a galena autem, cuius colorem habet, prorſus materia differt. Coquitur ex eo aurum & argentum, & reperitur in magna copia Reichenſteinii ſubtilis admodum: & admiſcetur nonnunquam præcedenti ſpeciei, vt dictum eſt. Reperitur & Rauriſi maior, ſed hæc continet plus argenti, minus auri: econtra quæ Reichenſteinii reperitur, plus auri, minus continet argenti, vel aurum ſolum.

Pyrites coloris ciner acei, quinta ſpecies pyritis eſt. Is ſubtilis admodum reperitur etiam Reichenſteinii, & dicitur, ein grawer Kieß/ & admiſcetur præcedenti ſpeciei, vt ex illa poſſit etiam excoqui aurum. Hæc item ſpecies, paulo diuerſo modo, reperitur Aldenbergi etiam in Sileſia, vnde etiam conflatur aurum & argentum.

Pyrites coloris ferrei ſexta pyritis ſpecies eſt, cuius Auicenna mētionem facit. pręſe fert prorſus ſpeciem maſſæ ferreæ. reperitur in fodinis ferrariis: non tñ in omnibus, ſed in quibuſdam. foſſores vocant ein Eiſenſtein/ nit daß es ein Eiſenſtein

ſey/ſondern daß er dem Eiſſenſtein gleich iſt. Ex his ſex pyritis ſpeciebus pleriſque ignis excuditur,& ſunt ponderoſi,& quidam ponderoſiſſimi, & maxime idonei ad ignem excitandum,igitur & hi intelligũtur a Plinio,qui loco citato deſcribuntur,cum inquit:Pyritarum etiam aliqui genus vnum faciunt, plurimum habens ignis, quos viuos appellamus: & ponderoſiſſimi ſunt. hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarii,&c.& profecto negandum eſt aliud eſſe genus pyritarum. Sicuti autem ex duabus primis pyritarum ſpeciebus argentei & aurei fere coloris,ſi ſunt denſi & craſſi & compacti,ignis facile excuditur: ita ſunt quoties rari & ſubtiles, & in minimas diſſoluti partes, ne ſcintillam quidem edunt, quemadmodum nec reliqua ſequentia genera; quia ipſa nõ compacta ac ſatis ſolida ſunt. Albertus,qui ſuo tempore vir doctus fuit, de pyrite egregie errat, cum tamen de metallis omnium dicatur diligentiſſime ſcripſiſſe. Dicit enim omnis generis pyritem,ſiue vt ipſe vocat,marchaſitam,ignem conſumere. Negat ita Albertus,metalla ex marchaſita conflari: cum Auicenna marchaſitam auri, argenti, æris, & ferri eſſe tradit. e pyrite æs excoqui docet Dioſcor. & Serapio Arabs e marchaſita æs coqui repetit, & nos iſtud fieri videmus innumeris Germaniæ locis. In SileſiaCupenbergi & atramentum ſutorium conficitur in eodem. Quod ſi hæc legiſſet Albert. & obſeruaſſet,nunquam in eum errorem incidiſſet. Credo Albertum Chimiſtis facile dediſſe aures, & non adeo diligẽtem fuiſſe in perſcrutandis fodinis,& metallis ipſis, propterea facile eſt lapſus. Poſtremo pyritis inſignem eſſe vim diſcutiendi,abſtergendi,excalfaciendi:verum quomodo vrendus & lauandus conſule Dioſ. l.5.c.89.Plin.l.37.c.11.pyritem nigrum attritu digitos adurere dicit. vnde & antiqua illa loquuntur carmina:

Tangi

Tangi vult leuiter blandaq; manuq; teneri,
Nam pressus nimium digitos tangentis adurit.

Ego quoad scio pyritem nescio nigrum: deinde non admodum periculum feci, an pyrites talem habeat naturam vt adurat manum: nisi Plinius illa velit intelligere simpliciter de cobalto nostro nigro, qui adurit, i.e. corrodit manus operariorum. Plinio subscribit & Solinus in polyhistore suo c.46. Sed hæc in medio relinquo. Porro idem Plin. l.36.c.19. corallium pyritem vocat, quia illi plurimum sit ignis. Verum pyrites quasi genus est Plinio, & sic Plinio foret propter effectum pyrites ipse Chalcedonius: item & silex, ex quo nostro tempore ignis vulgo excuditur. Vltimo ne & hoc videat transiisse, sunt qui & pyritis speciem esse volunt lapidem illum fossilem, den Schyfer: vnde etiam æs conflatur. Aptissimus autem est lapis ille fissilis impressionibus subterraneis. *Nam in illo vidimus aliquando pisces, serpentes, scorpiones, cicadas, gallum aliquando pulcherrimum, ornatum incurnatis pennis, & corona duplici.*

Pyritæ argentei coloris e quibus ignis non elicitur.

1. Pyrites argentei coloris, quem circumstant fluores lutei tessellati, gelbe würfflichte Flüsse mit Wasserkies vberzogen.
2. Cum fluoribus luteis mixtus.
3. Fissilis cunei forma in marmore metallico, qui continenter exsudat succum acrem, Schifrichter / Wasserkieß bricht in einem Spaht wie Keile / vnd gibt kein Fewer.
4. Cum fluoribus candidis & marmore metallico mixtus cerebro similis.

Pyritæ aurei coloris. 1. Pyrites qui est solidus & colorem auri totus refert, nomine Hispanico dicitur Marchasita, Marchasit.

2. Mansfeldius in fluoribus candidis sexangulis, nō pellucidis, ein goldgelber Kupfferkieß / in weissen sechßeckichten Flüssen.

3. Glebosus in quo plũbago diues, Darin kleinspeisiger Glantz.

Pyritæ aurei coloris, e quibus ignis elicitur.

1. Glebosus prorsus aurei coloris, Einem feynem Gold gleich.
2. Glebosus angularis, Ein stuck voller Ecken.
3. Cum silice durissimo candido mixtus, mit weissem Horn-stein vermengt.
4. Tessellatus.
5. Angulosus, cuius corium plenum est fluoribus candidis sexangulis pellucidis.
6. Spõgiosus e granis partim rotundis, partim angulosis cõpositus.

Pyritæ aurei coloris, e quibus ignis non elicitur.

1. Annebergius angularis in pyrite cãdido, Ein eckechter goldgelber Kupfferkyß in einem Wasserkyß.
2. Gishubelianus, in quo Chrysocolla natiua, darin bergkgrün.
3. Gishubelianus, in quo plumbago sterilis pici similis, darinn Bechblende.
4. Cui annata ochra pulcherrima, darin ein schön Bergkgelb.
5. Annebergius in saxo candido, qui facilime igni liquescit, ein weisser flockquertze.

Pyritæ cinerei coloris, e quibus ignis non elicitur.

1. Spongiosus, voller Löcher wie ein Schwam.
2. Cui plumbago sterilis, venæ æris similis adnata, darin ein Kupfferblende.
3. Rarus saxo arenario molli similis, einem mildten Sandstein gleich.
4. Spongiosus, in quo sunt crustæ quadratæ; e fluoribus candidis multiplices: quæ ornatæ sunt granis rubri purpurei, cœrulei viridisque coloris. Pimsicher Kyeß / darin viel dünne viereckichte Flüsse / darauff Körnlein von vielfarbichtem Kyß.

5. Gle-

5. Glebosus Kutzbachius, argenti & æris feracissimus, halt viel Kupffer vnd Silber.
6. Sub cinereus, Suacēsis, valde durus, Ein schwartzgrawer Kyß/ rein von Kupffer vnd Silber.
7. Spongiosus, exhaatione ardenti tinctus nigro colore.
8. Cinereus, longus quasi e multis virgulis compactus, qui cōtinenter atramentum exsudat, Alß von einem langen Ritlein/wie ein Besemstiel/zusammen gesatzt/darauß täglich Kupffer Wasser wechst.
9. Glebosus Hildeshemius, atramenti parens, Ein grawer Kupfferstein/darauß täglich/so er am Wetter ligt/hauffig Kupfferwasser treüfft.
10. Glebosus Radebergius, ex quo sulphur excoquitur, darauß man Schwefel seudet.

Pyritæ aliorum colorum, e quibus ignis elicitur. 1. Niger glebosus, carboni terrestri similis, Ein schwartzer/Kyß Steinkolen gleich.
2. Pyrites sterilis, qui igne liquescit, ideoque metallis loco plūbi additur, vt liquidiora in excoquendo fiant. A nostris vocatur Stein der im Fewer fleust / wird zum Zusatz ahn stat deß Bleyes/bey dem vnflüssigen Ertz / daß sich nit verbleyet/ zugesatzt.
3. Pyrites liquescens, flüssiger Kyß.
4. Venenatus qui plumbi cādidi venis adiungitur Eberndorfi. Si de aqua lotus sit, aut homines aut animalia biberint, intereunt, Ein gifftiger Kyß von Wasser/ darinn man jn wäscht/ oder das dardurch oder darüber fleust / stirbt alles was darvon trincket.

Pyritæ variorum colorum, e quibus ignis non elicitur. 1. Spongiosus, aurei, viridis cœrulei, violacei purpurei, cinerei coloris, Ein lucker Wasserkyß von viel Farben.

2. Aurei, rubri, purpurei, cærulei, viridis coloris in fluoribus candidis.
3. Zonitis in lapide cinereo, coloris aurei, viridis, cærulei, purpurei, candidi, iridi cœlesti ita similis, quasi esset depicta in lapidem, **ein Kieß von schönen Farben / einem Regenbogen ähnlich.**
4. Aurei, viridis, violacei, purpurei, cærulei coloris, in marmore metallico, quod in rubro candidum est, **In einem Leibfarben Spatt.**
5. Coloris aurei rubri, iridis cærulei: quo tinctus est lapis ferri, crustaceus ferrugineus, **ein vielfarbichter angeflogner Kupfferkieß / an einem rotgelben scherblechten Eisenstein.**
6. Cupro polito similis, **ein rother Kupfferkieß.**
7. Pyritis rubri granulâ minima, in lapide cinereo, duro flori æris similia, **Ein rechter angesprengter körnichter Kupfferkieß / auff einem grawen Stein / kleinem gekörnten Kupffer gleich.**

Pyrites rubri coloris, e quo ignis nõ elicitur. 1. Ruber durissimus Islebianus, Iaspidi rubræ similis, **Ein rother harter Kupfferkieß / wie ein Jaspis.**
2. Pyritæ cinerei coloris, e quibus ignis elicitur. 1. in cãdido cinereus, spongiosus, **weißgrawer Kieß.**
3. Cui plumbago metallica annata est, **darin ein schöner Glantz.**
4. Spongiosus, aqua pyritis ita tinctus & infectus, vt exterior cutis, æri purissime polito similis sit, **Ein pimsicher Kieß / der vom Kießwasser schon kupfferroht geferbt / daß er für ein geseigert Kupffer anzusehen.**

Pyritæ aliorum colorum, e quibus ignis non elicitur.
1. Cærulei coloris, spongiosus, **Ein blawer Kieß.**
2. Violacei coloris, spongiosus, **Ein violbrauner Kieß.**
3. Purpureus.

4. Purpureus, in quo chrysocolla natiua pulcherrima, Ein brauner Kieß/schön bergkgrün.
5. Colore plumbagini similis, Ein glantziger Kieß.

Pyrites parens succorum.

1. In quo chalcitis gignitur.
2. In quo Sory.
3. In quo Melanteria.
4. Cinereus, e quo atramentum continenter efflorescit.
5. Argentei coloris, in vena argenti viui.
6. Cromenauius in Morauia, ex quo succus indies extillat, qui sulphuri rubeo pellucido similis est, der einem rothen Schwefel gleich.

Pyrites metallorum variorum fertilis.

1. Pyrites aurum in se continens.
2. Argentosus.
3. Aserosus.
4. In Lygiis repertus auri argentiq; ferax.
5. Bohemicus argenti & æris.
6. Aeris plumbiq; nigri fœcundus.
7. In quo plumbum nigrum & candidum, Die Bley vnnd Zin helt.
8. Glebosus candidus durus, Ein Wasserkieß/den man stückicht find/vnd auff die Büchsen schraubet.
9. Duorum aut trium testiculorum specie in aquis reperitur coloris auri.
10. Coloris argẽti, qui ab exhalatione virosa est, colore cinereo est tinctus, Ein weisser Wasserkieß / von Schwaden gantz graw geferbet.

Pyrites e quibus ignis elicitur.

1. Octahedros, dodecahedros, e quo ignis elicitur. Dicitur hoc

modo, quia in quacunque parte locatur, stare solet, Ein achtsetziger/ zwelffsetziger Wasser Kyß/ gibt Fewer.
2. Glebosus in terra arenosa cãdida dura repertus Mariebergi. Ein weisser in einem harten sandechten Erdreich.
3. In flauo candescens, spumæ lupi similis.
4. Friburgius, cum plumbagine mixtus.
5. Mariebergius e portiunculis compositis tessellatis plumbo natiuo similis, Einem gedignem Wißmuht gleich.
6. In quo sulphur natiuum luteum.
7. Squamosus, pelli serpentis similis, tinctus exhalatione subterranea cinereo colore. Ein schluppichter Wasserkyß/ einer Schlangenhaut gleich/ der von Bergkdunst graw gefärbet.
Pyrites argentei coloris.
1. Pyrites e tenuibus crustis argento polito similis, Ein weisser Wasserkyß/ sihet als wer er von kleinen dünen Silberbächlein.
2. Quadratus tesseris similis, ein würfflichter Wasserkyß.
3. E marmore metallico, qui instar micæ scintillat, In ein Silberweissen Spatt/ der da glimmert wie ein Katzensilber.
4. E marmore rubro metallico, Ein weisser Wasserkyß in ein rothen Spatt.
5. Ornatus fluoribus purpureis, amethystinis, quadrãgulis pellucidis, darauff viereckichte schöne durchsichtige Flüsse stehẽ.
6. In saxo candido positus, qui granis coriãdri saccharo obductis similis est. Ein weisser Wasserkyß/ darauff runde weisse Körner/ von Flockquertzen stehen/ dem überzogenen Coriander gleich.
7. Spongiosus, qui micat.
8. Pumicosus & ab exhalatione ardenti nigro colore tinctus, Ein lücker Wasserkyß/ so von der Witterung schwartzgrawe geferbt.
Pyrites, id est, lithos, Græce marchasita.

Pyro-

Pyromantia, ars ex igne præsaga, cum ignis astra se palam faciũt hominibus, vt inde veri notitia prorumpat eius, quod quæritur, ablato quouis dubio vel suspicione. Exemplo sit, quod de buxo fertur, & foliis eius in ignem proiectis, singulis eorũ de quibus habetur suspicio, nominibus inscriptis, crepitare sontis folium & exilire fertur. Non aliter de futuris cõiectura multorum simul, fieri posse putant, **Wenn man etwas auß dem Fewer vorsaget.** Pyronomia est caloris ad suas operas adhibendi, ignisq; regendi scientia. In hac potissimum Alchemiæ elucet industria, maximaque est laus artificis, quamque vsu rerum magis, quam præceptis valeat, & eiusmodi sunt quædam, vt oculos manumq;, non verba postulent. Agens externum, quo artifex primario instrumento vtitur, in hac scientia, est quidem calor, quem designamus voce ignis: sed ideo nõ excludendum frigus est, vt nec humor, nec siccitas, quæ tum solitaria, tum cõiuncta suis in operibus & locis plurimum adiuuant magistrum.

Pyrotechnia: hæc solum operatur in præparatione rerum naturalium ignis adminiculo, sed medio ac potissimo instrumento. **Die Kunst was inn vnd mit dem Fewer gemacht wird.**

Pyramis (aliis catinus coniformis, vel **ein Gießbuckel**) est vas metallicum in modum pyramidis excauatum, vt pars eius superior lata: inferior autem in acutum vergens pro liquatis mineralibus in regulum formandis accommodari possit.

Q.

QVandros lapis est seu gemma, quæ reperitur in cerebro & capite vulturis, coloris candidi: quæ replet mamillas lacte, & contra nociuos casus valere dicitur.

Quanli, plumbum.
Quars, petra fellis.
Arabicum diximus proprie esse lapidem specularem, potis-

ſimum illam ſpeciem, quæ ebur repræſentat iuxta Plinium, & quæ ebur maculoſum iuxta Dioſcoridem. Eſt autem hæc prorſus mea ſententia. Si Selinites eſt lapis ſpecularis, proprie eſt illa eius ſpecies, quæ candidiſſima, vnde fiant feneſtræ lignis leuigatis loco plumbi. Nam indicauimus ſpecies eſſe ſpecularis lapidis varias: Sic dico candidus lapis ſpecularis eſt ſelinites, & qui ebur repræſentat eſt Arabicus. Dioſcorides ſchliniten aphroſelium dici ait, quia noctu inueniatur lunæ imaginem reddere, id facit ſpecularis lapis candidus; nam aperte in eo luna conſpicitur ſplendens, veluti in ſpeculo, ſed an cum luna augeatur, & decreſcat neſcio: humor hic lapis concretus eſſe videtur, conſule Plinium l.37.c.10. qui nonnihil variat a Dioſ. & more ſolito recitat fabulas. Conſule & Solinum in Polyhiſtore c.40. Albertus ſeliniten cum chelonite miſcere videtur.

Sella, Meſſing Kloß.

Sella ænea, Sattel.

Selſas, id eſt, filix, Farn.

Semafor, id eſt, lucidum carici, femar idem.

Semen Veneris, id eſt, ſquama æris.

Semperuiuo, Wintergrün.

Sendanegum, ſendanegi, i.e. hemathites, Blutſtein.

Separatorium eſt vas tranſmittens quodammodo vniforme oblongum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materia infunditur, & fundo in modum acus acuato, materiam rurſus emittendi gratia, præditum, cum annexis anſis duobus, liquoribus inuicem ſeparandis accommodatum.

Separatio elemẽtorum. Es wird viel geſagt von der Scheidung der Elementen/ ſo doch keine geſchicht/ allein ein Verenderung/ Reinigung/ da das Reyn von Vnreinem wird abgeſondert/ als wenn du ein Alkol macheſt/ vnd die reyne eſſentiam beheltſt/ ſo haſtu die Elementen geſchieden. Se-

Separatio per abſceſſum eſt cum partes naturarum diuerſarum e comiſtione abſcedunt a ſe mutuo, & ad regiones diſtinctas ferũtur abſiſtentes mutuo; Eſtq; duplex diſceſſus, & dilutio.

Separatio per abſtractionem eſt, cum aliquo inſtrumẽto partes diuerſæ a ſe mutuo diſcluſæ; altera ab altera abſtrahuntur. Et fit hoc quoq; dupliciter: Ablatione, & ſubductione, ſiue ſint res liquidæ, ſiue ſiccæ:

Separatio per dilationẽ ad latus ꝑficitur per lintrẽ humili margine, oblongũ, & altera parte in acutũ tendentẽ, qui manib⁹ verſari, & hinc inde agitari poſſit, alteraq; parte latiore impelli. Germ. eſt Sichern/& linter Sihertrag/veſſa eluta Schlich

Separatio per dilutionem eſt, cum terra copioſo diluta ita ſeparantur, vt grauibus ſubſidentibus, leuia emineant, medium occupent media. Et quoniam eiuſmodi lotio in lutoſis, terreiſque, vel ad hanc conſiſtentiam redactis per pulueriſationem, calcinationem, & alia locum habent potiſſimum, veteribus πλυσμός recte eſt dicta. Miniſtrat autem ei abſtractio, depletio, nonnunquam & filtratio, & ſimiles functiones. Soluta enim, turbataque, & ad ſua ſpacia delata, mox ſunt deplenda, transfundẽdaq; per filtrum ſetaceum, alioquin confunduntur denuo.

Sepes obliquæ in pratis, Außſtriche.

Sephiros apoſtema durum, & exſiccatum, ein hart drucken Geſchwär.

Septimen, id eſt, ſerapinum.

Septentrio, i. e. Nort/vel etiam aqua fortis.

Septum, Schleuſſe.

Seraphin p̄ter angelorũ chorũ im̃enſam cœli potẽtiã ſignificat.

Serex, id eſt, lac acetoſum.

Sericon, id eſt, minium.

Sericiacum, fur Zerniſch/id eſt, Arſenicum.

Seritis, vel sideritis, Das Kraut/ dessen Safft Drachen Blut genent wirdt.
Serapinus, id est, gummi Arabicum.
Serpens spiritus castitatis, id est, Mercurius.
Serpentina insignis herba vulneraria, Ein gewaltig Wund-Kraut.
Serpheta est medicina lapidem liquefaciens, Ein Artzeney die den Stein aufflöst.
Seruus fugitiuus, i.e. Mercurius. Hermes propter humiditatem fugitiuam sic nominat.
Seulo, Bley.
Sibar, id est, argentum viuum, Quecksilber.
Sibedata hirundinaria, Schwalben Wurtz: item lapis quo colores teruntur, Ein Leuffer damit man Farb reibt/ Reib-Stein.
Siccare, Trücknen.
Sidia, id est, lima, Feill.
Sifantis, id est, terra argentina, simphus.
Sigia, id est, storax liquida, vel sigra.
Sigilliren, id est, Zuschliessen.
Sigillum Hermetis ist/ wenn man das Mundtloch deß Glases fleust durch das Kolfewer/vnd stöst es zusammen/vñ vermacht also das orificium vitri. Etliche machen das Sigillum Hermetis also:
℞ Weissen Augstein/Venedisch Glaß/Borres ana, reibs zusammen / habe darbey ein glasernen Stöpffel/ der auff die Viol recht sey/ vnd nit hinein falle/strew deß Pulvers drauff Messers dick/grab die Violl in die Erde/daß nur das Maul zween zwerch Finger herausser gehe/mache einen Circkel Fewer darvmb/feyn gemach hinzu/biß das Pulver anfähet zuſliesen/vnd sich der Stopffel sencken will/so thue die Kohlen behendt hinwegk/

weg/stürtze flugs ein glüenden Tiegel darauff/ vnnd laß es erkalten/oder machs anders deines Gefallens nach/ oder der gemein Proceß ist.

Signo in saxum inciso pugnare terminos, Stuffen schlagen.

Silex lapis, a Germanis ein Kyßling/ oder Kysselstein/ vulgo notus est, quia eo vtimur in igne excitando, vnde & nomen habet, & silex dicitur, quasi ex eo saliat ignis: hinc & ein Fewer-Stein communi nomine etiam a Germanis dicitur: quamuis hoc nomen cõuenit & pyriti, vt supra docuimus, & cum Plinio pyrites genus est, & non species, imo omnis lapis vnde excitatur ignis, silex eidem erit pyrites ab effectu. Est autẽ silex primum duplicis speciei.

1. Calculus, seu scrupulus, qui vere silex a Germanis ein Kyesel oder Kysselstein dicitur. Reperitur ad flumina, & inter arenas & torrentes interdum coloris candidi: cuius vsus etiam est ad alia, quam ad ignem excitãdum. Interdum coloris flaui, impuri, nonnunquam crocei. Interdum coloris nigri, nonnunquam lineis candidis, pulcerrime insignitus.

2. Saxum quod cornutum dicitur a Germanis, ein Hornstein/ quia habet colorem cornu, vel refert quoddam cornei durissimum: Cuius partes interdum sunt continuatæ, vt vnam ab altera visus discernere nequeat. Interdum partes eius sunt conspicua aliqua imperfectione, & dicitur a Germanis vulgo, ein Fewerstein/quia illo potissimum ignis excutitur. Reperitur in fodinis, itẽ ad flumina: vt ad Albim, in agris in Saxonia, in cuniculis calculorum. Est vero variarum specierum, scilicet:

1. Coloris candidi.
2. Coloris nigri.
3. Cærulei.
4. Ruffi.

5. Purpurei.
6. Referens colorem cornu.
7. Flaui.
8. Crocei.
9. Liuidi.
10. Foris candidi, intus nigri. Variarum etiam sunt proportionum: Longi, lati, magni, parui, ramosi in modum Corallorum. Reperiuntur & in modum cornu. Ego ad Albim loco supra descripto silicem talem inueni, tanquam serpentis caput fuisset, insignitum ore, dentibus, oculis, coronula. Item & qui referebat turribus arcem munitam: item alium, qui integrum montem. Exercet & natura in tam durissimo lapide suas impressiones. Silicem enim eodem in loco inueni, in quo vestigia lupi, vel leonis circa dimidiam rosam in superficie lapidis exaltatam, apparuere, quasi data opera ab artifice docto insculpta fuissent. Interdum aliarum rerum membra & vultus: Interdum stellæ, literæ in illis apparent; adeo natura non est ociosa. Sunt & Silices non pellucidi scil.

Mariebergicus, metallicus, candidus, cum mica candida.
2. In Trebisa fluuio inuentus, fluores candidos in se continens, tinctos amethystino colore, auff Arabisch ein Kißling/darauff weisse vnd braune Flüsse stehen.
3. In se cretam, aut quid cretæ simile continens, Ein Fluß/der ein weiß Erdrich in sich haltet.
4. Cornu polito similis, eim geglettem Horn gleich.
5. Mellei coloris.
6. Iáspidi purpureo similis.
7. Niger cum cruce candida, darin ein weiß Creutz.
8. Niger cum multis candidis lineis, mit weissen Zügen.
9. Flauus in quo lineæ innumeræ impressæ, non excedens nucem iuglandem, quem habet Georg. Fabricius.

10. Cæ-

10. Cæruleus,in quo ductus linearum,quæ formam theatri referunt inuentus in agro circa Misenam.

11. Silices caniformes (vel cynocephali) grandiusculi, & parui, qui in charadris prope Misenam. So Hundsköpffen gleich sind.

12. Caseum referens.

13. Qui caseum Hollandicum refert, si per medium diuisus sit: corium extremum, cani corio simile: in medio ita densati sunt fluores vt solidum corpus efficiant: Et superficies colori casei respondet, ein Kyßling/eim auffgeschnittenem Holländischen Käß gleich.

14. Malum Persicum referens, einem natürlichen Pfersing gleich.

15. Castaneæ coloris,rotundus,effigiem referens hepatis vitulini in butyro frixi,wie ein gebraten Leber.

16. Candidus ex quo vitrum faciūt,darauß man Glaß macht.

Silices pellucidi: 1. silex pellucidus candidus, ein weisser durchsichtiger Kyßling.

2. Mellei coloris,pellucidus.

3. Pellucens,sardæ colore,einem Carniol gleich.

Silo est terra.

Silipit ist Kupffer.

Siliqua pondus quatuor granorum similitudines dicuntur figuræ cœlestes,qui rebus assimilantur nos concernentibus.

Simmitium,id est,cerusa.

Simus,id est,gilla.

Sinapisis,id est,bolus armenus.

Sinonia,gluten album articulorum,Gliedwasser.

Sinopis,id est,minium a synope vrbe.

Sinopida,Röttelstein.

Siphones,Pompen.

Siphunculus orichalceus/ Messine Sprützen.
Siphones, Pompen.
Sira, Operment.
Siricon de plumbo, id est, cinis plumbi.
Sirones sunt pustulæ scabierum, præsertim in manibus.
Siringæ, id est, calx.
Sirza, eschara, ein Rand in Wånden von Fleisch.
Situla, Eymer/Pfützeymer/Fülleymer oder Wasserkanne.
Smaragdus. Inter gemmas habet tertias Smaragdus multis de caussis, & quia nullius coloris est iucundior aspectus. Nam irrigua gramina, & herbas amicas, frondesque omnes virore superat. Deinde quia solus gemmarum contuitu oculos implet, nec satiat: primo recreat obscuratos aliarum rerum aspectu, colligitq; visum. Cererum Plin. l. 37. c. 5. & Solinus lib. 20. duodecim facit species, scil. est Smaragdus, qui & alias a Plin. dicitur in eodem l. c. 10. limoniates.

1. Scythicus, isq; nobilissimus, & nulli est maior austeritas, nec minus vitii, is etiam nequit vulnerari, tanta illi est durities. Licet nec reliqui poliuntur. Hunc gryphes custodire ferunt.

2. Bactrianus, qui legitur in commissuris saxorum etesiis flantibus, tunc enim tellure internitent, etesiis flantibus mouentur harenæ, & solum detegitur.

Ægyptiacus, qui eruitur circa oppidum Thebaidis, in collibus, & cautibus.

4. Cypriacus varius, & glaucus.

5. Atticus, minus pinguis e longinquo speciosior, isque reperitur & in argentariis fodinis.

6. Æthiopicus cuius species sunt hermiones extumescentes, & persici iucundi tenoris.

7. Medicus plurimæ viriditatis, interdum & e sapphiro.

8. Car-

8. Carchedonius, qui & Chalcedonius, & Smaragdites dicitur.

9. Tanos e Persis veniens.

10. Silicius.

11. Laconicus: similis medico.

12. Chalcosmaragdus e Cypro æreis venis. Sunt & pseudosmaragdi.

Reperiuntur & pro parte dimidia Smaragdi, & altera parte adhuc Iaspide exsistente, nondum humore in totum transfigurato. Finguntur & Smaragdi ex Crystallo, lauantur austero mero, delectantur viridi oleo. Postrema eius genera reperiũtur in fodinis ęrariis, etiam apud nos. Albertus & in Scotia, & Britannia reperiri testatur, & nasci in venis æris, nonnunquã in scopulis sub aqua maris. Ceterum Smaragdi alii obscuri sunt, quos cæcos dicunt, alii sunt densi, nec translucidi: alii scatent nubeculis: in aliis sunt capillamenta, sales, plumbago, & alia vitia. Optima in his figura est planities, vbi vna pars non coumbrat alteram, & est optimus, qui nec vmbra nec lumine variatur. Ad ostium Tangræ in templo arcis reperiuntur, & conspiciuntur ingentes, & pretiosi. Vis Smaragdi est, aduersari veneno, & venenatis. Ferunt si oculus venenati alicuius animalis recto aspexerit illum, obcæcari. Præseruat porro illa gemma ab Epilepsia, sanat lepram, cõfortat visum, memoriam, retinet coitum, & rumpi fertur in coitu digito gestatus. Nota & quod a veteribus astrologis dedicatus est Smaragdus Mercurio. Postremo notandum est & hoc, quod Prasinum lapidem, seu gemmam, quæ interdum rubeis, interdum guttis albis reperiatur, matrem, seu palatium Smaragdi volunt, cuius species sit Chrysopressus, guttis aureis exsistens. Sed chrysopressum berilli inter species enumerant Plinius & Solinus.

Smirius, ſandacitas idem.

Smyris lapis eſt duriſſimus, & aſperrimus, Germani vocant Schmergel. Annularii ſculptores, & alii artifices eo lapide expurgant, & nunc ſcindunt certo artificio cum illo ipſi alios lapides. Hunc Dioſcorides vtilem dicit ad erodendum, & vrendum: Et conuenire gingiuis vlceratis, & dentifricio.

Sol, id eſt, aurum, ſonir idem, iſt auch ein Tag, vel ſol in homine eſt inuiſibilis ignis influens a ſole cœleſti fouens natiuum ignem in homine.

Solarium, Soller.

Solater, id eſt, argentum viuum.

Soleæ, Solſtuck.

Solelaſar, id eſt, alkali.

Solutum, id eſt, liquefactum.

Solutio διάκρισις eſt prior chymicæ practicæ pars, qua rerum coagulatarum compages ſoluitur, & attenuatur. Hæc multis quidem diſtincta eſt ſpeciebus, ſed nomen apud artifices in vſu diſciplinæ de vna familiarius, & frequentius vſurpatur, quam de altera, & nonnunquam certa quædam generis vocabulo ſolo deſignatur.

Solutio eſt duplex: liquatio, & ſegregatio, vel calcinatio, & diſſolutio.

Solſequium, id eſt, ſulphur.

Somnia ſunt operationes, quę fiunt inter dormiendum ab aſtris in homine.

Sophia aurea ſiue a floribus, ſiue a virtute eſt cōſolidarum nobiliſſima. Illyricis, & Liburnis familiariſſima. Si folium eius ore maſticetur, labia contrahit, & ſuper caulem adhuc exſiſtens laceratur, per ſeipſam conſolidatur: nobiliſſima dulcedine pollet ac balſamo.

Sorores, Schweſter vnd Brůder / Sonn vnd Mond.

Sor-

Sortilegium est præſagium ſpirituum.

Sorus, vel ſori ex eodem genere eſt, quo melanteria, eiuſdem ferè coloris, ſchwartz Atrament. Hinc idem eſſe veteres ſorus, & melanterium crediderunt, & profectò vtrumque tranſit in chalcanthum leucon, quo pingunt fullones. Sed ſorus ineſt virus graue, ita vt nauſeam moueat, quod melanteria non facit. Inueniri Sorus Dioſcorides l. 5. ca. 68. docet in Ægypto, Lybia, Hiſpania, Cypro: optimum autem eſſe Ægyptiacum, quod frianti nigrius apparet in multa dehiſcens foramina, ſubpingue, aſtringens, olfactu deuorationeq; magnum virus olens. Quod vero friatum ſcintillas miſyos modo non emittit, alterius generis, & inuidum eſſe cēſendum eſt. Hæc Dioſcorides habet, qui & vim, & vſtionem eius addidit, de quo Plin. li. 34. c. 12. De ſorus combuſto vide & Paulum c. de pterygiis vngularum pedum, & manuum. Et hæc fere omnia metalla naſcuntur vbi pyrites ſit, & cruda peruſtis ſunt validiora, licet ſal, fex vini, nitrum, calx, & ſimilia cruda ſunt remiſſiora combuſtis. In fodinis Thuringiæ aratiis dilapſis, quaſi verſus villam Obernitz/ vbi ſedem habent antiquiſſimæ familiæ Nobiles de Thun, reperitur quiddam nauſeabundū, metallicū odore, ſchier graw in ſchwartz/ quod profectò mihi videtur eſſe ſpecies ſorus.

Spagiria ſiue ars ſpagirica eſt, q̃ purū ab impuro ſegregare docet vt reiectis fecibus virtus remanens operetur, die Kunſt deß diſtillirens vnd ſcheidens/ die das gut vom böſen ſcheidet.

Spagirus dicitur quicunq; nouit diſcernere verum a falſo, a bono ſequeſtrare malum, impurum a puro ſeparare, & abiicere binarium ſeruata vnitate.

Spara, vis mineralis ex Ilech primæ ſubſtantiæ, id eſt, mineralibus maioribus.

Sparallium, clyſter vterinus, ein Weiber Clyſtir.

Spatha, Stich Eiſen.

Spatha excisoria Schabeysen.

Spata lignea, Kürscheid.

Spata lignea excoctorum, Flickscheid.

Spatula, seu obex, latum instrumentum est in modum spatulæ factum, quod furnis compositis ad augendum, minuēdumque colorem inseruit.

Spaul, Blut.

Specificum formale est, quod speciem per formales proprietates saltem refert. Licet itaq; & materiales virtutes concurrāt, formales tamen excellunt, & illæ potissimum elaborando respiciuntur. Et est tinctura & oleum.

Speculum citrinum, id est, Arsenicum citrinum.

Speculum album, id est, Arsenicum descensum, Abgestiegenes Arsenicum.

Speculum Indicum, id est, limatura ferri.

Specular, etliche legens auß es sey lapis lunæ, der da Affroselinum heist/etliche sagen / es sey Zalck/etliche Gipß.

Sperma aquæ fortis, id est, fæculentia eius, das vnten im aqua fort.

Sperniolum, sperniola, cruor vel liquor, vel sperma ranarum, viscosa, & muscilaginosa materia in aquis cōcreta, Fröschleuch ranarum fœtus, molurides, gyrinoi, batrachides, Roßzkopff/ Roßznagel/Kaulpangen/Kaulkröten.

Sphæra solis, & lunæ, sagt Senior, ist die gemischte materi, zween Samen/darauß der Stein gemacht wird. Dem Theophr. ist der Himmel die quinta essentia.

Spinę, Dörner/vielerley Dörnen/spumæ quiddam simile.

Spiritus est aqua soluēs e re simplici, & acri producta cum ignei halitus natura. Potissima eius pars est halitus igneus, mistus tamen parte vaporosa. Itaque & consistentiam obtinet aqueam. In tali substantia specificam vim rei gerit. Spiritus

am-

ambigit inter aquam & oleum,& ad liquorem accedit. Itaque etiam oleum vocatur,præſertim in mineralibus. Et ſpiritus quidam ſunt oleoſiores, quidam aquoſiores. Alias ſpiritus nominantur etiam exhalationes earum, ſicuti fumi metallici,item ſtibii,ſtanni,flos ſalis, vini,&c. Clangor Buccinæ ſagt: Spiritus heiſt die innerliche Krafft/ darinnen die Naturen der Metallen verborgen ligen/ vnd heiſt Mercurius/die erſte vnnd höchſte materi, der mitler/ein dämpffig Ding auß Mercurio vnd Sulphure,vnnd wird ſo klar/als Threnen/darinnen ligt eſſentia.

2. Es iſt ein Wärme die lebendig macht/ vnnd tingirt die Erde/ die damit befeuchtet wirdt/gleich wie die Feiſte deß Holtz die in der Eſchen bleibt/fix bleibt/wird genannt Mercurialiſch Waſſer/ Wind/ Leben/vnnd Seel/Waſſer/ Blut/ colla auri, rohe gumma, Oliven/der Han/der Ochs/roht Waſſer/Saffran/ gebrant Ertz/compoſita,&c.

3. Der Geiſt zeucht den Mercurium auß der Erden/ vnnd iſt doch ein Ding/ wanns flüſſig iſt/ ſo heiſt es Geiſt/ darnach ſo heiſt es Leib.

4. Iſt zweyerley/præparans & tingens: Præparans der vorbereitet/ſolviret/vnd reiniget die Cörper/das ſind die Aegyptiſchen Aertzt in der parabol,auß den mineris. Tingens der tingirende iſt Mercurius Philoſophorum,der wird durch jehnen auß den perfect Cörpern gezogen/vñ diß ſind die Alexandriſchen Aertzt/ welches die Alchymiſten verbergen.

5. Die mineraliſchen Spiritus taugen nichts zu der wahren Tinctur/ſondern nur zur Sophiſterey.

6. Der Spiritus iſt in dem Waſſer vnſichtbahr/tregt/vnnd treibt das Waſſer/gleich wie der Wind die Wolcken/ vnnd Regen/ vnd ohne die Lufft iſt alles tod vnd faulet. Darumb muß der Spiritus wider zu den Cörpern kommen Daher ſagt Hermes/

der Windt hat jhn in seinem Leib getragen : Die verborgene Lufft/ die da wohnet im Wasser/tregt jhn mit sich / vnd führet das Wasser durch den alembic, welches ohne den Spiritum nit geschehe.

7. Rein B. Die Lufft tregt vnsern Stein auß vnnd eyn /vnnd verbessert jhn in seinem auff vnd absteigen/gleich wie die Lufft alle Ding verbessert/vnd Speiß gibt/denn sie tregt jnen Wasser vnnd Fewer zu / wie wir sehen / daß sie die Wolcken tregt/ Taw vnd Regen bringt / darinn das Fewer verborgen ist/ daß er von der Erden vnd Schein der Sonnen in seinem aufffsteigen empfangen hat.

Wenn der Spiritus nicht wider in sein corpus gebracht würde/ so kehme der Cörper nicht wider zu seiner Macht / vnnd Leben.

Spiritus chymiæ seindt 7. principales: 1. Quecksilber schwartz/ 2. Schwefel roht/ 3. Operment gelb/ 4 Salmiax grün/ vnnd diese vier sindt lebendig/ wie es auß dem Bergk kompt / oder todt/ wie es gegossen ist / alß man es feyl hat. Secundarii compositi, 3. Als Marchasiten, Wißmath / vnnd Tucia auß Venere, vnnd Mercurio. Tucia aber ist der Rauch der Metallen / werden Spiritus genennt / dieweil sie sich erhöhen lassen/ darnach weil sie das Fewer fliehen/vñ die andern Cörper durch diese können erhöhet vnnd sublimirt werden / welches sonst vnmüglich.

Spiritus animalis est vis animæ, per quam corpus appropinquat acquisita similitudine ad cœli proportionem adæquatam, & incorruptam.

Spiritus fœtens, id est, sulphur.

Spodius ist ein Gattung Tutiæ, succudus idem.

Spodion, id est, ærugo æris, Ios idem.

Spodium, id est, cinis auri, Goldstein.

Spodos:

1. Spodos est fuligo cinerei coloris, & grauior quam Pompholyx, **Ein grawer schwartzer Hüttenrauch.**

2. Lutea, quæ generatur in focis, in quibus metalla separantur, **gelber Hüttenrauch der auff dem Treibhart wird.**

3. Subterranea cinerea, **grawer zeher Rauch.**

4. Subterranea nigra, **schwartzer zeher Rauch.**

5. Subterranea viridis, **grüner zeher Rauch.**

Spongia seu fungus marinus, attrahens, & asseruans aquam, a Germanis **Schwamm** / est Zoophyton, neque animal, neque frutex, sed tertiam quandam habet naturam, & illi commixta est natura animalis, & plantæ, hinc Auicenna definiens eam inquit: Spongia est corpus marinum, laxum, rarum: quod cui rei adhæret, ab illa non separatur, habetq; animas: calidum in primo, siccum in secundo gradu. Dioscorides lib.5.cap.85. eius duo genera esse dicit, scilicet, marem & fœminam. Marem exsistere densis, & exiguis fistulis, albis, cuius speciei duriores dixere olim Tragos: Econtra fœminam magis exsistere foraminibus rotundis. Quidam addunt & tertiam speciem, habentem intra se lapides duros, & plurimas cauernas. Istorum lapidum in tali spongia & Auicenna loc.cit. mentionem facit, quod scilicet sint minus calidi, quã ipsa spongia. Dicuntur autem isti lapides a Plinio 36.l.ca.19. Cysteolithos, quoniam medentur vesicæ, & calculum in vesicis rumpunt. Inueniuntur & in ipsis spongiis in mari, & in fœmina nuclei, licet raro, in modum pomi Persici, aut amygdalæ enucleatæ, vt mihi aliquando Iudæus medicus veterator demonstrabat. Et hi nuclei sunt magni momẽti in medelis, præcipue cõtra puerorũ vermes, in vẽtriculis. Ceterũ spõgia, quomodo aduratur, q̃ vis illi medica cũ fuerit recẽs cũ

fuerit adusta, arida, vetus. Item quomodo cura, & studio candida fiat, consule Dioscoridem l.c. & alios. Serapio Aggregat. ca. Affegi albach, vel affengara, easdem esse spongiæ species affirmat. Plinius l.8.c.45. & l.32.c.11. vbi & mentionē facit vrticæ marinæ, spongiarum tria etiam perstringit genera: scilicet spissum, prædurum, & asperum, quod Tragos dicatur: & minus spissum, & mollius, quod manos vocetur: postremo tenue, densumque, ex quo penicilli, idque Achilleum vocetur. Nasci autem omnes spongias docet in petris, ac assi cōchis, pisciculis, limo: præterea illis inesse intellectū: quia cum sentiunt auulsionē contractę, multo difficilius abstrahantur: & hoc idem faciunt fluctu pulsante, audire enim illas sonum, & contrahi ad illum. Reliqua, quibus argumentis idem Plinius l.c. probet vesci, ac ali spongias cōchis, item quomodo auulsione emittant sanguineum succum, & ex radice renascantur, item quæ aplysiæ, quæ malæ, quæ bonæ, ipse videre poteris.

Spongia duplex est: Marina scilicet, & Nostra.

Marina, Schwämm/ wie sie die Krämer feyl haben. 1. Mas. 2. Fœmina, continens nucleos. 3. Species, quæ continet lapides. Nostra, quæ marinæ partim similis est, & nutritur humore pratorum, a Germanis, ein Posist/ valde accedit ad naturam marinæ spongiæ, vt testatur experientia. Huius item variæ sunt species, si quantitas, & ipsarum interior lanugo consideratur.

Sponsus, id est, Mercurius.

Spontum ist Aschen mit wasser angetaucht/ die man in den Offen vnterstreuwet/ so man Goldt vnd Silber finiret.

Spuma, id est, cinis, Aschen.

Suma argenti, Glette.

Spuma maris, id est, halcyonium. Das sindt fünfferley Geschlecht.

Spu-

Spuma nitri Niterschaum/Affronitum.
Baurach Arabice.
Sputa maris, id est, sulphur.
Sputum boletorū, zusam̃en gesetzt auß dē Schwefel vnd magnesia, heist auch aurum spissum, Schwefel Wasser/wann es im Mercurio verwandelt ist.
Stac vel stoac, id est, coagulatio, vel congelatio.
Stakti, id est, sputum spodos idem.
Stannum. Aliud est stannum, aliud candidum plumbeum. Illa ergo definitio plumbei candidi, deß Zinns, etiam apud Chymistas, non de stanno, sed de plumbo candido, vt mihi videtur, intelligenda est, cum dicunt: stannum (es soll heissen plūbum candidum) est metallicum album, nō purum, liuidum, terreitate pauca participans ex argento viuo, puro fixo, & nō fixo, claro albo, in suo manifesto. Et rubeo, in suo occulto, & de tali sulphure deficit ei sola decoctio, siue digestio. Nam si sulphur fuerit in radice coctionis, fixione pauca, participans album, albedine non pura, non superans, sed superatum cum argento viuo, secundum partem fixo, albo non puro mixto, fit inde stannum, (es soll heissen plumbum cādidum) sulphur malum non bene mixtum, & congelatum, quasi leprosus aut liuidus pater coiens cum matrę quasi puriore, argento viuo non admodum puro tamen, nascitur filius inde aliquo modo formosus: sed tamen non generosus, sci. plumbum candidum. Chymistæ stannum semper intelligunt Zinn nostrum: & illud tribuunt Ioui, appellantes stannum Iouem, cum plūbum candidum Iouem intelligamus. Dices: Ergo quid est stannum, cum non sit plumbum hoc candidum nostrum, vnser Zin? Respondetur, primum Serapio l. Aggre. c. Femezeg, id est, stannum effodi dicit in mineris terræ, & inueniri frustis (si credendum est) plumbum vero nostrum cādidum,

vt dixi, in fodinis reperitur purum, per se, sed fit ex galena, & pyrite, & lapillis nigris, &c. Porro Plinius, nam reliquos taceam certis de caussis lib. 34. c. 16. cum inquit, plumbi nigri duplicem esse originem, sc. primo, quod proueniat in sua vena, aut quod nascatur cum argento, aperte docet, plumbi nigri liquorem in fornacibus, qui primum fluit, stannum appellari, cum prius docuerit, album plumbum conflari ex lapillis nigris candore variatis. Insuper idem eodem libro c. 17. stannum adulterari docet plumbo albo, seu candido, item albi plumbi, nigrisque libris. Sic vides stannum, secũdum Serapionem metallicum esse, quod reperitur in sua propria vena, vt forsitan apud nos bisemutum. Econtra nostrum candidum plumbum est Plinio candidum plumbum. **Das Zin/** quod conflatur vt plumbum nigrum, ex pyrite, galena & lapillis nigris. Deinde vides stannum Plinio esse quiddam de plumbo nigro, nempe primum fluorem plumbi nigri, **Als wenn man vnser Bley Ertz schmeltzt / das erst das da fleust/ were** Plinio stannum. Et hoc dicit Plinius adulterari plumbo candido, **mit vnserm Zin / vnnd wenn du jhme recht nachdenckest / so ist** Stannum Plinio **schier wie vnser halbwerck / davon die Kannen gemacht werden/ das man Halbwerck heist.**

Stannum procul dubio Arabibus metallum est pretiosius nostro candido plumbo, sicuti apud nos est bisemuthum quiddam plumbo preciosius. Si quis tamen erit, qui me euidentioribus vincet argumentis, huic possum cedere, stannum esse plumbum candidum, **vnser Zin/** quod vix fiet.

Stannum, id est, Asebum, **der reine Cörper wirdt auch Sand genennet.**

Stannum diues, **Treib/ Werckbley.**

Stannum mediocre, **Reich/ ein Streich.**

Stannum pauper, **Frisch ein Streich.**

Starmar

Starmar est mater metallorum, est fumus occultus, vnde metalla generantur, Ein verborgener Rauch/darauß die Metallen wachsen.

Stibi. 1. Stibi Romæ effossum in circo Flaminio molle, & nigrũ, & crustaceũ instar magnetidis, Römisch Spießglaß.
2. Fossile friabile, polito ferro simile, ex Ilua maris Tyrrheni Insula, auß der Insel Jlva.
3. Fossile Bohemicum in Silice candido.
4. Isfeldium ex Hercyniis, quod e paruis, longis, & rotundis crustulis angulatis, quasi conciñatum est in silice candido.
5. Stolbergium in quo sunt fluores candidi sexanguli pellucidi, Stollbergisch mit Flüssen.
6. Pannonicum, in quo aurum, & plumbum nigrum.
7. Stibi vena, galenæ sterili similis.
8. In lapide duro pyritæ argenti coloris similis.
9. Stibi in vena ferri inuentum, In einem Eisenstein.
10. Nascens iuxta schiston lapidem, prope Friburgum in Misnia.
11. Quod multa coctione in plumbum mutatum est.
12. Coctum scissile.
13. Coctum solidum.
14. Per quod aurum purgatum est, dardurch Goldt gegossen.
15. Panes e stibi.
16. Recrementa stibi.

Stibiũ vel stimi, i.e. Antimoniũ, sulphur nigrũ, vel platyophtalmon est metallũ vel minera, q̃ a Germ. dicitur Spießglaß. & Antimonium volunt esse substãtiam plumbi emortui. Reperitur & hoc in fodinis nostris, vt Persibranæ. Interdũ in ꝓpria vena effoditur, vt sit in magna copia, cum in aliis locis, tum Fichtenbergi, in quo monte quatuor illa flumina egregia, ꝙ certe miraculum naturæ magnum, oriuntur, Mœnus, Sala,

Agra, Nabus. Interdum argento permixtum eſt,& ita vt nõ inſigne ſeparetur. Hoc ſi ſępius liquefit, tranſit in plumbum. Vis eius reſtringere, & refrigerare principaliter. Conuenit medicamentis oculorum: propterea dicitur platyophtalmon. Dioſcorides libr. 5. cap. 49. eius vires,& modum torrēdi, adurendi, & lauandi docet. Sunt qui ſtibi vocant, & alabaſtrum a ſplendore forſitan, & inde fit vnguentum alabaſtrum, longe tamen aliud ex Erres, nec ſimile quidem iſti, ꝙ veteres vnguento alabaſtri, quo vnctus legitur Chriſtus. Plinius l. 33. c. 6. ſtibium in iiſdem argenti metallis inueniri docet,& eſſe lapidem ſpumæ candidæ; nitentiſque, non tamen translucentis. Cuius duo genera, ſcilic: Mas & fœmina, quæ magis probetur. Et addit marem eſſe horridiorem,& ſcabriorem,& minus ponderoſum; nimiſque radiantem,& arenoſum. Econtra fœminam nitentem definit eſſe, friabilem fiſſuris, non globis dehiſcentem. In medicina eſt recognitę virtutis,& nunquam ſatis laudatæ, recte & ſpagyrice tractatum, quicquid blaterent miſochymici aſini.

Stilbus, i. e. Antimonium.

Stipes, Pfal.

Stipes chelas habens perforatas, gezwiſelt Stammholtz.

Stipites craſſi, Haſelſturtzen Pfal.

Stipte, ſtiptera, id eſt, alumen ſciſſum.

Stiptica ſunt medicamenta conſtipantia & exſiccantia, was verſtopffelt.

Stiriæ, Bleyzacken.

Stomomatos, id eſt, ſquama æris.

Stomoma, ſeu acies, id eſt, chalybis vena pura ex Nariſcis, ſeu Vodlandia prope Fichtelbergum, Fichtelbergiſch Stalſtein.

2. Stomoma ex vena chalybis excoctum, Kern Stal.

3. E ferro

3. E ferro optimo excoctum, Eisenstal.
4. Vena chalybis cinerea, diues, ein reich Stahelstein.
5. Acies durissima Kernstal.
6. Bacilla ex acie facta, Stahelstäbe.
7. Bracteæ longæ e chalybe, quibus mouentur horologia, & instrumenta alia, quæ rotis versantur in culinis, & locis aliis, Stälene Federn.
8. Squama chalybis, Stal-Hammerschlag.
9. Chalybis scobes elimatæ, Feilspäne von Stahl.
10. Oleum chalybis, e scobibus elimatis factum, Stahlöl.
11. Chalybis fila, Stälerner Drath.
12. Recrementa chalybis.
13. Chalibeæ acus, Stälerne Nadeln.

Stellio, adustus, cinnobrium, Pulverisirter Cinober/ oder calcinirter Vitriol.

Stella occidens, id est, sal Armoniacus.

Stella terræ, id est, Talck.

Stercorum ezeff, id est, lithargyrium.

Stratum super stratum, notum chymicis, wenn man ein Lege vmb die ander legt.

Stridor, Gunsterung/ Rüstung.

Struma, botium, choeras, scrophula, ein Kopff/ Klier/ Kopff Geschwär.

Squama ferri, id est, batitura ferri, vel fuligo ferri.

Squilla fixa, id est, vipa marina, Meer Zwibeln.

Squillinum aziza, id est, fimus equinus.

Squinantia est apostema colli, Halß Geschwär.

Stupio, id est, stannum, caldida idem.

Subcisiuum, Vberschar.

Subductio est abstractio per inferna. Et est duplex: Filtratio, & clepsydria.

Sublimatio eſt duplex: vna per diſtantiam, altera per ſuperficiē, ſeu eparris, & Epiplôtaſis.

Sublimatio per diſtantiam eſt, cum inter ſublimandum, & caput mortuum aereum interuallum intercedit. Et nō halabilia dumtaxat ſublimantur, ſed & vaporabilia, nonnunquam ad modum magni mundi, in quo halitus eleuati in medio conſiſtunt.

Sublimare, Sublimiren heiſt nicht allemahl hoch vber ſich ſteigen/ ſondern köſtlich gut/ vnnd herrlich werden/ doch iſt wahr/ daß der Dampff vber ſich gehet. Vel ſublimiren heiſt ein ding beſſer vnd herzlicher machen/ als wenn auß Luna Gold wirdt/ darumb heiſt das erhöhet / das oben in der Höhe iſt/ ſondern das verbeſſert iſt: Es iſt aber das Oberſt wie das Vnterſt/ weil ſie eins ſind.

Subſolanus, Oſtwind.

Subtilatio eſt diſſolutio partes ſubtiliores a groſſis ſeparans. Eſtq; duplex μικροχρονική, ἢ μακροχρονική.

Subtilatio μικροχρονικὴ eſt, quando corpora breui temporis ſpatio diſſoluuntur. Eſtque Eleuatio vel deſcenſio.

Subtilatio μακροχρονικὴ eſt quę tempore longiore res diſſoluit. Eſtque exaltatio, & digeſtio.

Subueſperus, Argeſtes, Weſtſuden.

Succus albus, id eſt, argentum viuum.

Succutere Tropffteren.

Succus eſt eſſentia proxime e corpore conſiſtentia chyliformi extracta. Hinc vicinior magiſteriis ſuccus eſt, & nonnihil copulentiæ ſecum vehit, quin ſi cum myſterio conferatur, corpus dici poterat, cum non ſit ita elaborata, ſed adhuc rudior eſſentia, & non raro myſteriorum eſt materia. Habet ſecum aliquid humidi, plus minus pro rerum natura. Id autem cum ſit vaporabile aut exhalabile, facile fieri poteſt, vt ſuccus liqui-

quidior paulatim per digestionem inspissetur, vt concrescat, vnde succus concretus vel respissatus nominatur. Veterum ἀποχυλίσματα, Rob, Syrupi, decocta, sapæ, tinctus, quorum fermentatione fit extractum potentiale.

Succubus spiritus nocturnus muliebris, illudens hominibus inter dormiendum ac si rem haberent cum Venere. Masculus imponens mulieribus incubus dicitur, der Nacht Geist/ so die Frawen plagt: Incubus, Ephialtes, faunorum in quiete ludibrium, suppressio nocturna, pnigalion, pnigamon, Epibole, Epialus, lyphe, Euopa, lemures nocturni, nigri, Nachtfrawzunftler/ Bitebau/ Bommeier/ Werwolff/ Nachtmännlin/ Schrötle/ die Mare/ Nachtmännle.

Succina grauida:

1. Succinum fului coloris, in quo papilio candidus, Ein lauter Rothgelber Bornstein/ darinn ein weisser Molckendieb/ oder Fletterling.

2. Eiusdem coloris in quo tipula, Darinn ein Wasserfliege.

3. Eiusdem coloris in quo muscæ, darinn Fliegen.

4. Eiusdem coloris in quo culices, Darinnen Schnacken oder Mucken.

5. Eiusdem coloris in quo formica, Darinn ein Ameiß.

6. Eiusdem coloris, in quo totum examen, quasi culicum, q. habuit Andr. Aurifaber, Darinn ein Schwarm Mucken.

7. Mellei coloris, in quo centipeda, Darinn ein Össel/ Oele/ oder Ohrwurm ist.

Succina liquida, seu pellucida.

1. Succinum falernum, Wein klarer Agkstein/ oder Bornstein.

2. Falernum in candido, vitro viridi simile, Achstein/ einem Waldstein gleich.

3. In candido prasinum, Ein grünliches Bornstein.

4. In candido citrinum, Ein lichtgelber Achstein.

5.In flauo dilutum, ein bleichgelber Agstein.
6.Fuluum, Gelb Agstein.
7.Topatio simile, Goldtgelber Agstein.
8.In rubro fuluum, Rotgelber Agstein.
9.Hyacintho simile, ein hochrotgelber Bornstein.
10.Crocei coloris, Saffran rot.
11.Chrysolitho simile, Feuwerfarbner.
12.Rubrum, vt Carneoli, Carniolrot.
13.Carbunculo simile, Granatfarbner.

Succina crassa, non pellucida.

Succinum Prussicum candidissimum, & maxime pretiosum, non pellucidum, der aller weisseste vnd beste Agstein/oder Hornstein.
2.Candidum, Weisser.
3.Subalbidum, Dunckel weisser.
4.In candido flauum Gelblichter.
5.Flauum non pellucens, Bleichgelber.
6.Luteum, Gelber.
7.Cerei coloris, Wachs gelber.
8.Luteum cum candidis lineis, Gelber mit weissen strichen.
9.Mellei coloris, Honigfarber.
10.Fuluum, Rotgelber.
11.Decocto mellis simile, Dunckel honig farber.

Succina mixta cum aliis succis.

1. Succinum mellei coloris, cui annata melanteria, quod indies adhuc crescit, Honigfarber mit schwartz Atrament.
2. Mellei coloris, cui annata ligna, & lignorum cortices.
3. Candidum, mellei coloris, & cinereum mixtum.
4. Multis coloribus mixtum, ein new Art von Bornstein.
5: Adulterinum e Marchia Brandeburgica, quod e resina coaluit, quod agyrtæ pro myrrha vendunt: id colore a vero nihil

nihil differt, & accensum habet odorē succini: quod in formicarum tumulis prope achores inuenitur.

6. Falernum orientale a Prussis vocatur, quod accensum non habet odorem succini, sed dulcem & aromaticum, & mastiches similem, ein Orientischer wasser klarer Agstein.

7. Oleum succini est efficax remedium in Epilepsia, Agstein Oel.

8. Recrementum succini.

9. Sal succini.

10. Ambra natiua factitia.

Sudor Schweis ist aqua permanens.

Suffo est panis porcinus, Seuwbrot/Erdtnuß.

Sulphur, chibur, vel, Albusao Arabice dicitur, pars lapidis Philosophorum apud Chymistas, principium, & pater metallorum, calidum & siccum quarto gradu. Estque nihil aliud, quam pinguedo terræ, per temperatam decoctionem inspissata, quousque indurata fuerit, & sicca facta: Et si acute consideras, sulphur generatur ex purissima siccitate terræ, vel terrestri, in qua modis omnibus prædominetur ignis, estque quasi vapor calidus & siccus, caussa & pater metallorum. Vel breuiter sic: Sulphur est terra calore excocta, & in substantiam sulphuris immutata, aquosis, terrestribus, & igneis transeuntibus. Hactenus quid Sulphur; Nunc quotuplex sit, dicemus.

Sulphur a Germanis Schwefel, est aliud Natiuum: aliud Factitium.

Natiuum fossile ex fodinis: vt in Islandia est nomine Hethelfelde, vbi copiose effoditur. Reperitur & in ipsis montibus, & paludibus, & hoc apyron dicitur, quasi sine igne, vel quod ignem non experiatur: Estque sulphur simplex, naturale: a vulgo viuum, quod caussat: & elementum est metallorum,

vt iam indicauimus. Dioſcorides lib. 5. cap. 79. laudat apyron hoc, quod ſplendidum perluceat, quodque minime lapidoſum, & ſit effuſum in Melo, ac Lipara: cuius natura ſit calfacere, cōcutere, ac cōcoquere, cuius & ſpecies ſcimus eſſe has.
1. Quoddam ſulphur concreſcit in terram gleboſam, & ſolidam, & hoc ſulphur proprie dicitur viuum, a Germa. lebendiger Schwefel & eo ſolo ex omnibus generibus vtuntur medici, translucet, & reſplendet, viret, & eſt pingue, idque excellit.
2. Quoddam omnino eſt tenue.
3. Quoddam quaſi mica reperitur, vt fit apud nos Goslarię, & Hanofræ. De his & Plinium vide l. 35. cap. 15. Auicennam libr. 2. de ſulphure, & alios. Eſt autem magna cognatio ſulphuris, & bituminis, rapitur enim & accenditur hoc facillime igne in Inſulis Acoliis, magnaque eius copia: vnde iam ad Italiam, & inde ad nos affertur. Ceterum de ſublimatione, ſolutione, liquefactione eius, conſule ipſos chymiſtas, meum enim hoc non eſt inſtitutum.
Factitium, id quod arte paratur, & fit perfectum, quod ignem eſt expertum, & illo vbique vtimur, & dicitur ſulphur item adurens, quod minime cauſſat metalla: cuniculis effoſſum: imperfectum quaſi igne perficitur (vnſer gemeiner Schwefel / incoquitur oleo, & calamis ferreis funditur: propterea etiam dicitur extinctum, ſiue mortuum ſulphur, geleſcher oder getödter Schwefel / cuius item tres ſunt ſpecies. Prima eſt quam dicunt glebam, eſtque familiare fullonibus. Secunda eſt quam dicūt Egulam, cuius vſus etiam in lanis eſt ſufficiēdis. Tertia, qua vtimur ad Elychnia. Aliis ſic placet:
Sulphur eſt principium formatiuum, aereum partim, partim etiam igneum, & æthereæ naturæ particeps, per quod virtus eſt, & vita rebus ineſt. Quare & balſamus naturæ appellatur.

latur. Ita ſal terminator eſt, ſulphur informator vim plaſticã habens. Mercurius vapor vnctuoſus eſt, qui ab illis patitur. Formam eſſentialem chymici relinquunt Phyſicis conſiderandam. Alii ita iſta principia deſcribunt. Quamuis viua, mobilis, & ſpirituoſa ſpecies, quæ in halitum attenuari poteſt, eſt Mercurius: Sicca, & conſeruans, & acuens eſt ſal: Vrens calida, & puriſſima eſt ſulphur. Notabis hic peculiarem ſignificationem vocis Mercurii, quam non potes conuertere cum hydrargyro, vt alias. Ita vita hic non eſt Galenica, aut Ariſtotelica, ſed chymica, quæ reſpicit craſin, vnde ſunt facultates & vires. Paracelſo non raro crocus, & oleum, & balſamus, &c. quod his formis educatur principium vitæ, ſeu ſulphur, &c. quanquam ei, & ſal nomine balſami nuncupetur in chirurg. mag. quin & liquor Mercurial. libr. 5. part. 3. Sic aliud eſt ſulphur hoc, aliud ſulphur vulgi, atque etiam in aliis artis partibus, quanquam illi, qui diſciplinæ morem ignorant, hanc diligentiam rideant non concedentes chymicis, quod vulgatæ officinæ. Vel ſic:

Sulphur iſt der Saam dieſes ſteins / vnd iſt zweyerley / ein euſſerlicher / dadurch der innerlich im Mercurio gebohren wirdt / der iſt jrrdiſch vnnd verbrennlich / vnnütz / wird weggethan / wie das Menſtrualiſche Waſſer von dem Kind. Der jnnerlich iſt die Krafft / die den Cörper macht vnd zubereitet / vnnd kann nit davon geſcheiden werden / denn es iſt congenitum ahngebohren / in der Wurtzel / vnd Subſtantz / vnd iſt anfänglich weiß / wirdt roht durch die Hitz / als die Speiſen im Magen durch die Leber / ſo iſt der Schwefel Meiſter worden / vnd iſt forma rei, die Seel / vnd iſt das Ferment in dieſem Stein / der Mann / König vnd Breutgam / wird genennt roht arſenic, gebrent Eſchen / vnſer Gold / Philoſophiſch Gold / Bley / Goldblũ / ein truckẽ ſteinern waſſer / Fewr / Erd / ein roter Stein / coagulũ ☿, vñ tinctur.

Der gemeine Schwefel / oder Sulphur / werde genennet wie er wölle / so ist er vnd bleibt ein Feindt aller Metallen / zerstöhret / schwärtzet / vnnd verderbet / aber der Philosophisch Sulphur ist Lebesmachend / zeitiget / vnnd erstattet allen Mangel / schwärtzet / vnnd verderbet nichts / wirdt Sulphur genennet Gleichnuß weiß / darumb wirdt er nirgendt funden als in den perfecten Cörpern.

Tercusc. in epistol. Im Metall ist zweyerley Schwefel / ein s kan abgesondert werden / das ander nicht / wie im Menschen ist zweyerley Blut: Rein das kan zu Fleisch werden / vnnd das ander so durch den Schweis weg gehet. Der wesentliche Sulphur ist eine reine Wirckung der Lufft / vnd deß Fewers / welches sein proportionirte / vnd gleichformige Erd / vnnd Wasser wärme digerirt / vnnd kochet in eim Mercurio. Turba, das Schwefelisch Wasser ist ein auffgelöset Gold / ein lebenmachend Wasser / rein vnd vnverbrennlich Philosophisch Gold / wird funden in Sole vnnd Luna. Sulfuris autem species in vniuersum numerantur sequentes.

1. Sulfur liquidum candidum, Neopolitanum cui aluminis nōnihil admixtum est, quod inuadante certis temporibus lacu qui continuo ebullit, in superficie terræ solet colligi, & ex eo sulphure oleum natiuum exprimi. Ein weiß Schwefel Art / darauß zu Neapel Schwefelöl gemacht wird.

2. Luteum Neapolitanum in foro Vulcanio, vt Plinius locum nominat, sponte in capillamenta concretum, reiner subtiler grawer Schwefel.

3. Luteum purum natiuum Neopolitanum, ignem non expertum, gelber natürlicher Schwefel.

Fossile sui coloris Neopolitanum cum terra subcinerea, natürlicher Schwefel / in einem harten grawen Erdrich.

5. Viuum luteum Neopolitanum in atramento cinereo duro, natür=

natürlicher Schwefel/auff einē grawen Bergkupffer Wasser.
6. Viuum in candido cinereum, glebosum, Wassergrawer natürlicher Schwefel.
7. Cinereum viuum in cortice cinereo lapidoso, ein natürlicher Schwefel/einer harten steinechten Schalen.
8. Cinereum viuum in cortice grisci coloris.
9. Nigrum viuum, cum sulphure albo molli, schwartzer Schwefel/darinn ein weisser flüssiger Schwefel.
10. Caballinum factitium, Roß Schwefel/schwartzer Schwefel.
11. Oleum sulfuris simile bitumini liquido, e sulphure liquido expressum.
12. Oleū sulphuris ex sulfure natiuo expressum, distillirt Schwefel Oel.
13. Elychnia ex sulphure, quo subducitur fila, aut ligna, Schwefel Kärtzlein.
14. Terra sulfurosa Neapolitana, e qua excoquitur copiosum sulfur, ein Neapolitanisch Erde/die viel Schwefel helt.
15. Lapis colore nigro, & rubro, parens sulfuris, ein schwartz/ vnd rothgemengt Schwefelstein/der viel Schwefel hat.
16. Sulfur cærulei coloris, Ausonio notum, & forte Hispanicum.

Succi efflorescentes, seu extracti.

1. Pyrites Goslarianus, ex quo generantur omnes species atramenti. Ein Atrament Stein/ darauß alle Arth deß Kupffer Wassers herkompt.
2. Radebergensis ex quo misy, melanteria, & atramentum tenue album distinctè efflorescunt. Darauff täglich gelb/ vnnd schwartz Atrament/ sampt einem weissen Kupffer Wasser blüet.
3. Vena dura pyritis colore argenteo (vulgo aquaticū vocant) similis Sibanæ, ex qua si in locū apricū ponatur, atramentū album tenue, & alumen efflorescunt. Eadem tñ vena floris illius

acredine, aeri exposita in loco aprico ita maceratur, vt friabilis fiat, & quasi in terram degeneret. Ein Berg Arth/ einem Wasser Keeß nicht vngleich/ darauf / so er am Wasser ligt/ Kupferwasser vnd Albun zugleich blühen.

4. Pyrites innatus dryitæ, (ita vocatur lignum quercinum, quod in lapidem duratum est,) ex quo atramentum & misy efflorescunt.

Ex pyrite excoquuntur species sulphuris quinque, idque Dresdæ.

1. Est coloris argenti rudis, rubrii, pellucidi, ein rot Schwefel/ wie ein rot gülden Ertz.

1. Colore argenti viui, rubri, pellucidi, ein rot schwefel / wie ein rot gülden Ertz.

2. Colore argenti viui, einē schönen roten Queckfilber gleich.

3. Coloris sandarachæ natiuæ, einem reischgelb oder roßgelb gleich.

4. Similis Mercurio, vt vocant, sublimato, & puluerisato.

5. Colore nigro, vt lapilli nigri, e quibus excoquitur plumbum album. Einem Zinngraupen gleich.

Hæc quatuor genera ex pyrite fiunt, Grimmenæ in Morauia: & sunt odoris grauissimi & teterrimi.

1. Est viride, cum zonis subuiridibus: ein grüner Schwefel mit dunckelgrünen strichen.

2. Est ochræ plumbariæ ex Anglia simile, ein gelber Schwefel/ wie ein Englisch Bleygelb.

3. Varii coloris cum zonis albis, nigris, cereis, flauis, melleis; & corio plerunque fauorum simile, ein Schwefel Arth von mancherley streichechten Farben.

4. Citrinum, quod continet in se quasi grumos sulphuris, argento rudi, rubeo similes, eius superficies, & corium planum, est mellei coloris. Ein gelber Schwefel / darinnen rote Schwe-

